debent duplicari: per textum, & ibi est communis opinio doctorum in. §. sed hodie. institu. eo. doctores in. l. iustas de iure fisci, libro decimo. C. Vber. de Bonacurso in rubri. quibus modis suo nomine agen. ciuiliter. & ibi in additio. ad eum ponit quatuor limitationes in verbo, impediuntur. vide Aufre. in decisio. capellæ Tolosa. q. clxxix. & præpo. in capitu. ex parte. in secundo. col. ij. de appell. Et istas quis debet proponere ante litem contestatam: sed eas non tenetur probare, nisi intentione actoris fundata. l. exceptionem. & ibi doctores. C. de probationibus. l. si quidem. C. eod. cap. primo de litis contestatione. in. vj. cap. cum venerabilis. ibi, idem nondum episcopi intentione fundata præpropre, &c. de exceptionibus. quod intellige & declara vt per additionem ad Vbertum de Bonacurso in rubri. de impediment. & exceptio. ver. attende tamen. & si opponens exceptiones in harum probatione deficiat, poterit statim in expensis condemnari: per textum, & ibi doctores, maxime Philippus in secunda not. in cap. primo. versi. si quis igitur. eodem titulo, in sexto. Et si non sint oppositæ in causa principali, in causa appellationis opponi possunt minime, secundum Feli. in cap. cum Ioannes. numero vicesimo nono. de fide instrumento. nisi redderent iudicium retro nullum, secundum Philippum in cap. licet. col. ij. de appellationibus. in. vj. & aliis in casibus positis per Feli. in cap. ad audientiam. in secundo. numero. xiij. versi. omittes dilatoriam. de rescript. Quia pars litem contestando dicit se velle litigare, vel se velle præsumit, cum nil dicat contra ingrediendo negotium: sed dilatoria proponendo dicit se nolle litigare, saltem tacite, cum veniat ad iudicium differendum: & sic ex propositione istarum post litem contestatam resultaret quædam cōtrarietas. capitu. cum causam. & ibi not. de appellatio. merito tāquam sibi contrarius non debet audiri: per text. in capi. solicitudinem. de appella. in. l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. l. Titia. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Panor. in capi. exceptionem. numero decimo de exceptionibus. Limita tamen quod dicimus, videlicet quod ante litem contestatam proponantur in nouem casibus politis per Alexandrum l. ita demum. C. de procuratoribus. & ibi Ias. multos alias addit. & Feli. in capitulo exceptionem. & ibi alij eodem titulo. Dominic. & Ioan. de turre cremata. in cap. si quis episcoporum. iij. quæstio. vj. Anto. de Tremolis in additio. ad Vber. de Bonacurso in rubrica de impediment. & exceptionibus quæ contra rescript. versiculo, & quid si iudex. & Petrus de bella Pertica in suis quæstionibus. q. xxvij. Alexáder in. l. si mulier. ff. soluto matrimonio. Et si iudex denegauerit eas admittere, habet pars appellare: alias eas non potest amplius proponere, etiam si protestatio interuenerit, contra glos. in capitulo ex conquestione. de restitutio. spolia. quam reprobant Anto. de Butrio. Areti. & alij in capitulo, tam literis. de testibus. Domi. in capitulo, in primis. §. quia igitur. secundo. q. prima. Præpo. in capitulo, ex parte. in secundo. coll. ij. de appellationibus. Si tamen contineret notoriæ falsitatem, non esset per iudicem admittenda: per glo. & ibi doctores. & Philippus in capitulo, statutum. in principio, in verbo copia. de rescriptis. Et breuiter nota, quod omnis exceptio quæ non perpetuo, sed ad tempus impedit, est dilatoria: vt tenet Bartolus in. l. iij. ff. eodem. & Nicolaus Milius in reper. in verbo, exceptio ordinis. Bartolus, Ias. & alij in. l. eum qui. §. qui ita stipulatur. in. fine. ff. de verborum obligationibus.

Formam proponendi, vide per Speculatorum in titu. eo. §. viso. versi. & nota quod omnes dilatoria.

10 Aliæ sunt declinatoriae iudicij: & istæ etiam sunt dilatoria, per glos. in. l. tertia. ff. eodem. & in. l. Pomponius. §. ratihabitio. ff. de procuratoribus. Panor. in capi. pastoralis. numero decimoquinto. & Feli. col. iij. eodem titu. Domi. in capi. vt circa. in verbo. alioquin, de electionibus. in sexto. Præpo. in capi. si duobus. col. v. & sequen. & capitulo, interposita. de appellationibus. Et istæ debent proponi & probari ante litem contestatam: quia natura earum (paucis exceptis) non est reddere iudicium inutile postquam est fundatum, secundum Baldum in. l. exceptionem. numero tertio. C. de probationibus. nec iudex potest eas referuare post litem contestatam, nisi de expresso consensu partium: quia iudicariū ordinem non potest mutare, secundum Alexandrum, consilio. clxxxij. columnæ secunda, in sexto volume. Areti. consilio. lxxij. colum. tertia. vide Aufre. in decisio. capellæ Tolosanæ. q. clxxx. Et hæc est multiplex, vt in typo patet, & infra declarabitur. Cautela tamen est, si velis excludere aduersarium ab opponendo istas, vt facias interrogari eum per iudicem, an velit litigare: & si respondeat quod sic, amplius non poterit declinatorias opponere. & hoc si sciebat sibi competere: vt tenet Cepol. in cautel. cxx. & Cano. per illum textum in cap. primo. de iudiciis. & Nicolaus Milius in verbo, exceptio declinatoria iurisdictionis. Sed vt te defendas ab ista cautela, constituas procuratorem ad respondendum saluis exceptionibus tuis: vel

protestoris respondere saluis exceptionibus. & hoc tenent doctores in capitulo primo de iudiciis. & ibi do. de ripa. Notandum est tamen, quod si aliquis se submittat parere mandatis curiae, non poterit iudicium declinare, secundum Paulum, & alios in l. prima. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & illa submissio quam facit quotidie captus se submittendo misericordia curiae, non valet, nisi fiat ei misericordia: & ideo appellat, & omnia agit tanquam non esset submissus, exceptis declinatoriis, per textum & ibi doctores in cap. sane. de renuntiationibus. Corset. in repe. in verb. verba ista. Guido papae in suis decisio. quæstio. ccccxcv. & ibi vide de aliis submissionibus. & in capi. veniens. ibi, se gratia capituli commisso, de renuntiationibus. & hec declinatoria non habet locum coram principe. Bal. in l. proximè. in fin. ff. de his quæ in testa. delentur.

**ii** Prima competit ratione iudicis: & hoc tripliciter. Primo respectu amoris vbiunque verisimile est ex coniecturis, quod vna pars sit magis dilecta quam altera: & tunc iudex recusatur: vt tener Antonius de Butrio, in capi. postremo. & ibi Praepo. coll. tertia. de appellationibus. & no. in capi. accedens. in secundo, vt lite non contestat. capitulo, ad hæc. de rescriptis. capi. cum. R. & ibi doctores. de officio delega. vt si sit pater, vel consanguineus actoris. nam poterit iudicium declinare, per textum in l. qui iurisdictioni. de iurisdictione omnium iudicium. ff. & ibi doctores. & hoc in. lxxv. casibus positis per Praepositum in capi. postremo. de appellationibus. Secundo respectu odij, quando appetit quod iudex alteram partem odio prosequitur. cap. cum super. & ibi glos. & doctores, de officio delegati. Tertio ratione indifferenti, & non ratione odij, vel amicitia: sed alia ratione, vt quia iudex est infamis, excommunicatus, furiosus. l. neque famosus. C. de dignitatibus. lib. xij. etiam infamia facti. l. ij. ff. de senatoribus. doctores in capi. sciscitatus. de rescriptis. & l. cum lege. ff. de arbitris. l. quidam. de re iudicata. & l. cum prætor. ff. de iudi. & primus actus debet esse legitimatio iudicis, & prius in eum debet opponi, secundum Feli. in capi. inter. coll. secunda & seq. de re iudicata. & Vbertus de Bonacurso, in rubrica de recusationibus, in versiculo, & quanquam. & ibi in additio. ad eum. Philippus in cap. si contra vnum. & cap. iudex. de officio delega. in sexto. Si tamen exceptio suggillat seu notat famam iudicis seu honorem, vt quia opponitur quod est infamis, vel seruus: tunc superior de illa cognoscit, vel arbitri eliguntur, secundum Bartolum, Alexandrum, & alios in dicta. l. quidam. ff. de re iudicata. & Cano. in cap. cum super. de officio delega. & in ca. super literis. de rescript. & in cap. j. eod. titu. in sexto. & in cap. si contra. & ibi Philippus in. ij. not. de officio delega. eodem. libr. Nicolaus Milius in repe. in ver. exceptio excommunicationis contra, &cæ. Hæ tamē non sunt propriæ exceptiones, per glos. singu. in. c. quoniam. in verbo, exceptiones. de probationibus. & secundum Felii. in rubri. eiusdem titu. de except. & sequuntur docto. in. d. cap. quoniam. & addi. ad Vber. de Bonacurso, in rubri. de impedimentis. siue exceptio. coll. iij. licet aliqui intelligent in delegato, non in ordinario. sed & alia quæ contra iudices possunt opponi, vide per Nepo. de monte Albano in libro qui fugitiuus nominatur. cap. exceptiones contra iudices. & Specu. in titu. de iudice delega. in. §. pen. & vltimo. & Angel. institu. eodem. §. præterea. in. ij. coll. viij. cum sequen. Vber. de Bonacurso in practica sua, rubri. quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur. Formam proponendi vide per Specu. in titu. eod. §. viso. ver. si vero contra. & Petrum de Ferraris in sua practica, in forma libelli de declina. iurisdi. alicuius iudic. per totam illam formam libelli, & Barto. & alios in l. j. C. de testamen. & quando valeat processus si non opponatur. vide plene Panot. Feli. & Deci. in cap. sciscitatus. de rescriptis.

**ii** Aliæ competunt ratione actoris: vt si quis agit contra me, excipiam quod est bonis ei interdictum ratione prodigalitatis. Item est demens, surdus, furiosus, fatuus, vel mulier luxuriosa: per text. in. §. præterea. versi. item furiosi. insti. qui non est permisum facere testamen. l. j. §. fin. cum. l. sequen. ff. de postulan. l. consilio. ff. de curato. furio. & l. & mulieri. illo titu. & vide cautelam per quam poteris prohibere meretricem & mulierem luxuriose viuentem testari, scilicet quod ei bonis facias interdici. l. & mulieri. de cura. furio. ff. ponit Tho. Ferra. cautela. vj. & Benedic. in repe. c. Raynulpi. in ver. mortuo. in primo numero. cccxj. de testa. ponit de triplici prodigalitate. Aliæ quæ contra actores possunt opponi, vide per Vber. de Bonacurso in practica sua, rub. quibus modis suo no. agentes ciuiliter. per totum. & Spec. in ti. de actor. in. §. j. & Nepo. vbi supra rub. de except. contra actores. Angel. §. præterea. iam allegato.

**iii** Aliæ competunt ratione rei: vt quia legatus missus in legatione conuenitur. nam potest excipere, & iudicium declinare. l. ij. §. legatis. ff. de iudic. & alis modis ibi positis per textum &

doc. Quod intellige si illud priuilegium allegetur. alia non competet. c. fi. ibi, quam si tunc allegasset. de foro compe. text. in. l. iiiij. §. hoc autem iudicium. de dam. infect. in cle. causam. de ele. c. j. de sepul. in vj. Guido papæ in suis decisio. q. ccxxj. & Alexan. conf. xcvi. in. iiiij. volu. Ioan. Maria. vulgo Riminaldus. in. l. ij. numero x. de bono. possess. contra tab. C. Iaf. in. l. vniuersa. de preci. impera. offer. & in. l. scimus. de inoffic. testa. Tho. Parpaliae in repe. l. si quis maior. xij. no. de transact. Tenebuntur tamen tales conuenti promittere quod coram suo iudice se presentabunt. l. ij. §. sed si dubitet. ff. de iudi. Hodie tamen non competit hæc exceptio, si conueniantur in curia Romana, vt tenent doct. de Rot. decisio. cxvij. in antiquioribus. Alia quæ possunt opponi contra reum, vide per Specu. in ti. de reo per totum. & Vber. in rubr. qui. mod. exa. ord. iudi. ver. ratione rei. Poteſt etiam opponi mixta consideratione: videlicet iudicis & actoris, vel iudicis & rei: per textum in. l. Julianus ait si alter. ff. de iudic. & Vber. vbi supra ver. fi. sed intendo cum superioribus simplicibus comprehendere: licet mixtum sub simplicibus regulariter non comprehendatur, per glo. & docto. in. l. ij. ff. de verbo. oblig. An. & Iaf. in. §. j. institut. de actio. Alberic. in tracta. statu. in. q. xxix. & xxxij. in secunda parte. Alexand. confi. cxvj. in. ij. volu. & confi. lxxxij. in. ij. volu. & Ioan. de monte Ferrato. in repe. l. Gallus. §. & quid si tantum. coll. xx. & ibi Fortu. ff. de liber. & posthu.

**14** Aliæ competunt ratione syndici: vt si forte aliquis tanquam syndicus agit: in cuius constitutione non fuerunt inserta legitime nomina constituentium in instrumento: prout debet fieri l. fina. & ibi Barto. & patruus meus Rebuffi, vendend. reb. ciuita. lib. xj. C. Barto. in. l. fi. de præd. curiali. libro. x. nisi essent tot constituentes, qui non possent in pelle pergameni describi: quia tunc sufficit quod notarius apponat quod maior pars vel senior constituit, secundum Ioan. Fab. in. §. fina. institu. de cura. Alexand. confi. j. in. iiiij. volu. Barto. in. l. j. de albo scribend. ff. Bald. in. l. j. de rebus eorum qui sub tutel. vel cura sunt. & in. l. ciuitas. si cer. peta. Lucas de penna. in. l. fina. C. de legatio. libro x. Oldra. confi. c. in executione. Imol. in. c. quanto. de his quæ fiunt à præla. Barba. confi. xvij. difficile. in. ij. vol. Iaf. in. l. placet. in. ij. lectu. numero. xv. C. de episco. & cleri. Item poteſt opponi, quod est constitutus à consilio non congregato tuba, cornu, campana, vel nuncio ad hoc specialiter deputato ex prioris commissione vel superioris regentis collegium vel vniuersitatem. glo. & ibi doctores in. l. ij. de decu. lib. x. & in. l. actuarios. de actua. lib. xij. C. vel opponitur quod non est constitutus à duabus partibus vt oportet. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuersita. no. l. plane. de decre. ab ordi. faciendi. & l. nominationum. de decurionib. libr. x. Alexand. confi. ccx. in princip. in. vij. vol. Aliæ exceptiones quæ possunt opponi contra syndicos, actores & cœconomos, vide per Nepo. vbi supra cap. contra procuratores, syndicos, actores, & cœconomos. Vber. de Bonacurso in practica sua, in rub. de exceptio. opponendis syndi. vel actoribus. Specu. in titulo de syndico. Canonistas, in capitulo uno de syndico. Angel. in. §. præterea, sœpius allegato. colum. xxij. & do. Bartho. de Chassa. in consue. Burgundiæ, in rubrica des forest. §. vj. in fine.

**15** Ratione procuratoris aliæ opponuntur: & istæ procuratoriae vocantur. l. iij. §. procuratoria. ff. eod. §. præterea. ij. institut. eo. & vj. modis poteſt opponi, Primo, respectu constituentis: quia à minore vigintiquinque annis est constitutus sine curatore. l. neque. C. de procurato. Secundo, ratione eius qui constituitur: quia miles, surdus, mulier. l. filius familias. §. milites. & l. mutus. ff. de procuratoribus. Tertio, respectu actionis: vt quia est criminalis, in qua non poteſt procurator interuenire. l. penultima. §. ad crimen. ff. de publicis iud. l. seruum. §. publice. ff. de procuratoribus. quod est verum, quando reus non est captus. secus si detineatur in carceribus: quia tunc procuratorem constituit ad se defendendum: vt tenet Barto. & Imol. in dicto. §. ad crimen. & Philipp. in cap. j. numero. vj. de iudic. in. vj. & domi. de Rota in decisio. ccj. in nouis. & vide domi. Barth. de Chassa. in consue. Burgundiæ in rubrica des droit. & cæ. in numero. xxij. §. v. glossa, es droit. Item poteſt procurator rei opponere exceptiones impediſtes processum: vt quod libellus inquisitionis non procedat: vel quod iudex non poteſt inquirere, vel actor accusare, & similes, secundum Bartol. in dicto. §. ad crimen. Alexand. in confi. cxxxvij. coll. fina. in. vj. volum. Hodie vero in regno Franciæ nullus admittitur ad accusandum criminaliter: vt tenet dictus Benedic. in ver. & mortuo. in primo. numero. cc. de testamen. excepto procuratore regio secundum eum, qui est magnus magister, vt Ioan. Fab. attestatur in. §. fina. institut. eodem. Quarto opponitur de cautione non poteſta: vt l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procuratoribus. Quinto, ratione formæ: vt quia non est constitutus ad defendendum,

dum, sed agendum; secundum Specu. in titulo de procurato. §. ratione autem formæ. Sexto, ratione officij: vt si tutor vel curator A contra pupillum vel adultum suum actiones suscipiat, vel cessionem illarum: vel constituantur procurator, nam poterit opponi contra: vt in authen. vt hi qui obliga. se perhibet habe. res mino. in princ. col. vj. l. frater. & ibi not. ff. de condic. indeb. l. altius. ff. si seruitus vindicetur. Septimo, ratione causæ: vt si constituatur à masculo ad ætatis veniam impetrandam, vel ad actionem popularem: vel si est procurator generaliter constitutus, & in integrum restitutionem petat: vel velit intentare interdictum de liberis deducen. in quibus non sufficit mandatum habere generale. l. ij. de his qui veniam æta. impetra. C. & l. ij. ff. de public. iudic. l. licet. C. de procura. hoc sequitur, Vber. de Bonacurso in sua practica. rubric. de exceptio. procur. per totum. & ibi vide alia quæ contra procuratores possunt opponi: & per Nepo. vbi supra ca. exceptiones contra procuratores. Spec. in titulo de procuratoribus. Ang. in sæpe allegato. §. præterea. in secundo. col. xvij. instit. eo. glo. in cap. j. in verbo, absentia. de elect. in. vj. & ibi doctores. vide Alexand. in suis consiliis, consil. lxxij. in. iiiij. volu. & consil. lxij. in. v. volu. Barba. consil. lxxvij. col. v. in volu. iij.

16 Aliæ competunt ratione rescripti: vt si quis impetrat rescriptum super obligatione antiqua, vel actione, quæ ante rescriptum competebat: possum contra rescriptum exceptionem opponere: & dicitur dilatoria: quia licet rescriptum perimat, non tamen obligationem vel actionem antiquam. si vero ex rescripto actio oriretur, vt quando super beneficiis impetrantur rescripta: si exceptio contra rescriptum opponatur, dicitur peremptoria gratia: vt tenet Specu. in. §. dicto. versiculo, sed quæro de exceptione. eod. titu. & Hostien. in summa huius tituli. §. quæ sit exceptionum. versiculo, quædam contra rescriptum. Notandum est tamen, quid contra rescriptum variis modis potest excipi. Primo, ratione falsi: vt ca. ad falsiorum. & ca. quæm graui. & per totum de crimine falsi. Secundo, ratione formæ: quia non est impetratum secundum formam vel stylum curiae. nam in illo papa vocat episcopos filios, vel reges fratres: vel se ponit in singulari: vt ponitur in dicto capitulo. quæm graui. Tertio, ratione impetrantis: vt quia seruus. l. j. C. de precib. imperat. offerent. vel excommunicatus. cap. j. de rescriptis. in. vj. Quarto, ratione eius contra quem impetratur: vt si impetratur contra priuilegium non faciendo mentionem de priuilegio. capitu. cum ordinem. & ibi doctores de rescript. glos. in capit. j. illo titu. vel ille contra quem impetratur, erat mortuus. l. pen. ff. quæ sententia sine appellatione rescindan. Iaf. l. in. l. eius. versicu. quod si stipulatus. si certum peta. Quinto, ratione eius ad quem impetratur: vt quia impetratus non est in dignitate, iuxta textum in ca. statutum. de rescript. in. vj. vel est excommunicatus. in cap. intelleximus. & ibi doc. de iudi. in ca. decernimus. de sentent. excommuni. in. vj. Sexto, ratione taciturnitatis: quia defectum natalium tacuit: vt in titulo de fil. præbyster. vel aliud quo expresso literas non obtinuerit. cap. super literis. de rescrip. vel non ita de leui. cap. postulasti. in fi. illo titu. Septimo, potest opponi contra rescriptum ratione causæ: vt si est obtentum à principe seculari super decimis, vel econtra. capitulo, licet. & ca. ex tenore. & ibi doc. de foro cōpeten. Item causæ continentiam diuidit, contra. l. nulli. C. de iudic. & cap. primum de causa pos. Et ista continentia potest tripli- citer opponi. Primo, ratione actionis: vt quia est generalis multa comprehendens capita: vt tutelæ, pro focio, negotiorum gestorum: vt dicit glos. & doc. in dicta. l. nulli. Secundo, ratione personarum: vt quia sunt plures socij, vel plures heredes indiuisi. nam vñus coram vno iudice non poterit conueniri, & alius coram alio. l. j. & iij. ff. de quib. rebus apud eundem iudicem agatur. & habet locum ille titulus non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, secundum Iaf. in. d. l. nulli. Et ideo vnam cautelam ponit Tho. Ferra. in cautel. x. & Hippol. de Marsiliis in sing. clxxx. & refert dominus Chassa. in consue. Burgun. in rubric. des iustices. in. §. v. in glo. *s'it n'a grace.* numero. lxx. & Feli. cap. j. numero. vj. de præscript. hoc plene ponit multa allegando & ordinatè more suo dominus meus & conciuis do. Nico. Boer. in consuet. Bitur. in. §. x. de iurisdict. om. iudic. quid si plures vulnerauerunt vel interfecerūt vnum: si vñus illorum sit clericus, omnes iudici ecclesiastico sunt remittendi, ne causæ continentia diuidatur. & dicit dominus Chassa. vbi supra vidisse hanc cautelam in ducatu Mediolanensi obseruari in casu emergenti, & est cautela pro amico. vide Sozi. consil. xij. col. v. in. j. volu. Tertio, ratione subiecti: vt quando duo iudicia ad eundem finem tendunt: vt possessorium & peritorium, nam iudex possessionis facilius expediet peritorium quæm alias, secundum glo. & ibi Io. Ruger. in dicto cap. j. de cau. pos. & Vber. de Bonacurso in rubric. de impedimen. & excep. quæ contra rescript. versicu. vel quod, &c. & ibi in addi. ad eum. Alia quæ contra rescriptum possunt opponi, ibi vide, & Nepo.

vbi supra in ca. j. Spec. in tit. de rescript. præsenta. per totum. Ang. in prædicto. §. præterea. col. iij.

17 Formam pronuntiandi super istis exceptionibus, vide per Specu. eo. tit. §. viso. versic. præfixo. ibi, forma interloquendi. & Vber. vbi supra.

18 Aliæ competunt ratione loci: vt si aliquo loco soluere promisit quis, & alibi conuenitur: poterit excipere de loco solutio- ni destinato: vt ibi conueniatur. capitulo uno & l. vna de plus petitioni. §. plus. & ibi Iason plene instit. de actionibus. Nisi pro- mittens in loco illo nollet se reperire, per textum & ibi no. ff. de eo quod certo loco, vel dicit se non posse conueniri extra ressortum, aut regnum, vel locum non insignem. in cap. statutum. de rescriptis. in. vj. & Guido papæ questio. cccccxvij. Ioā. Fab. in. §. appellantur. col. iij. instit. eo. vel extra territorium & locum ma- jororum, in. l. fin. ff. de iurisdict. om. iudi. ca. fin. de constit. in. vj. l. j. & ibi not. ff. de iudi. Vber. in rubri. de impedimen. executio. & cau. nullita. versi. vij. si iudex.

19 Sunt & aliæ quæ competunt ratione temporis: vt si die feriato conueniar, de feriis excipere possim, & declinate iudicium ratione temporis feriati. l. j. & per totum. ff. & C. de fer. & in de- creta. illo titulo. vel si conueniar de nocte. ca. consuluit. de officio deleg. l. non minorem. C. de transact. & ibi Iaf. vel potest excipi quid alio tempore tenetur, in ca. j. de plus petitio. & iura in proxima cellulæ declaratione allegata: & primus qui ferias Latinas inuenit, fuit Tarquinius superbus: vt tenet dominus Ayma. Ri- ualli. in histo. iur. ciuilis. lib. j. cap. fin. quod ego intelligerem ferias Latinas, quæ apud Romanos fuerunt. sed ferias in honorem dei introductas dicerem esse de iure diuino, per ea quæ habentur Gene. ij. ca. in princ. & Exo. xx. cap. & ad Hebræos. iiiij. cap. & ita Syluester de Prierio in sua summa, in ver. dominica, tenet. Quot fint genera feriarum, ponunt Azo & Hostien. in summa de feriis. vide Vber. in rubric. quibus modis suo no. ciuiliter agentes, in versi. item reiiciuntur actores. & ibi in additio. ad eum. Lanfran. in repe. cap. quoniam. in verbo, dilations, de proba. tex. glos. & doc. in cle. sæpe. in princ. de verb. signifi. Ange. de Clauasio in sua summa, in verbo, feriæ. & Spec. in titulo de feriis. quos vide.

20 Sunt & aliæ quæ competunt ratione libelli: vt si producas libellum ineptè formatum contra me, potero excipere, per tex. in. ca. examinata. de iudi. & alia quæ ponit Specu. in tit. de libel. conceptio. §. iuxta propositionis ordinem. & Nepo. vbi supra. c. exceptiones contra libellum. Lanfran. in repe. cap. quoniam. in verbo, petitiones. de probatio. doc. in cap. j. & per totum de libel. oblatio. Et ista exceptio libelli inepti potest quandoq; opponi, per glos. sing. reputatam in versi. secundo. instit. de oblig. in prin. text. pro illa glos. in. l. nisi finita. §. si adhuc. ff. de tutel. & ratio. di- stra. l. fin. in ver. nihil agit, ff. de liber. & posthu. & etiam post sententiam. secundum Ange. consi. clxxvij. & cxcvij. quia reddit iudicium retro nullum, per text. in. l. si patronus libertam. ff. de iureiurando. l. licet. C. de procu. Ange. consi. clxvij. cum ibi non possit esse iudicium vbi non est fundamentum. in. c. cum Paulus. j. q. j. c. fin. de presbyter. non baptiza. l. legi. ff. de except. rei iudic. Ita tenet Saly. in. l. exceptionem. numero. xiiij. de proba. Ro- ma. consil. lxix. & Vber. de Bonacurso in. d. præc. sua, in rubric. quib. mo. suo no. ciuiliter agentes. versic. & generaliter. & ibi in addi. ad eum. Secus in exceptione libelli obscuri: quia hæc ante litem contestatam proponi debet: vt tenet Alexan. in. l. j. no. j. ff. de eden. doc. in. l. edita. C. illo titulo. & Maria. in. cap. secundo de libel. obla. Imò si ex libelli inspectione constat iudici libellum fore inceptum, tunc iudex ex officio potest reiicere, & dentibus lacerare. l. j. ff. de offic. asesso. & Innocen. in cap. j. de offic. vicar. refert Panor. in ca. cum inter. in fin. de consuet. & idem Panor. in cap. j. numero. v. depositi. & ca. inter dilectos. numero. vj. de dona. ca. fin. numero. x. de libel. obla. c. dilecti. numero. ij. de iudic. ca. si clericus. numero. iiij. de foro compe. Nota tamen quid quando libellus est ineptus, seu non solennis, tunc nulla exceptio est pœnalis: & si reus tunc mentiatur se possidere, seu pro alio cōfitendo se possidere, cum pro se possideat, siue aliter calumnietur, non punitur si libellus sit ineptus: quod est notandum pro limitatio- ne. l. fin. ff. de rei vindic. secundum Alex. per illum tex. in. l. j. de his qui potentio. no. C. Roma. consi. ccccxiij. & ccccxix. Alex. consi. clxxxvij. in. vj. volu. Feli. in ca. ex tenore. col. iij. ver. de rescripto. de rescrip. Barba. consi. lxij. illud. col. ij. in. j. volu. Alex. & Iaf. in. d. l. si patronus. Hodie tamen propter ineptitudinem libelli, actio- nis, vel processus, aut omissam iudicarij ordinis solennitatem, dum tamen ex petitione certa actio vel conclusio elici possit, alia quæm per partes deducta & conclusa sit, & ex propositis & pro- batis certa possit ferri sententia: iudices sententiam ferre non omittant, secundum ordina. Philippi regis Frâcorum positam in stylo parlamenti in. vj. parte, sub titulo de libelli oblatio. in ordina. ij. eam ponit Guliel. Benedic. in repe. ca. Raynutius. in verb. si

# Exceptionum declaratio.

795

796

absque in secundo numero. xl ix. de testamen. in substitutione si deicommisaria : alia alleg. vide.

**20** Ratione fori aliae competunt : vt si absens de criminis accusetur, poterit eius procurator venire, & declinare iudicium & forum, allegando delictum in illo loco non esse perpetratum, vbi conuenitur eius dominus, per tex. in. l. seruum. §. publice. ff. de procura. de cuius tex. intellectu vide Guido. papæ in suis deci. q. ccccxxxvij. Sozi. in regula. cccxxij. in tracta. Falleñ. Cepol. cautel. lxvj. & cix. & cclij. Dec. in. l. in eo. §. nemo. ff. de regul. iur. & Albe. in ij. parte. statu. in. q. xxvij. & cxxij. Alex. consi. cxvj. in. ij. vol. d. Barto. de Chassa. in consuetu. Burgun. in rubric. des droit. §. v. glo. es droit. numero. xxvij. & idem si clericus coram seculari conueniatur, in authen. statuimus. C. de episco. & cleri. c. si diligenter. & c. significasti. de foro competen. & Vber. de Bonacurso. in rubric. quib. mo. suo no. ciui. agen. versi. item non audiuntur. & ibi in addi. ad eum. & istam quis debet proponere ante litem contestatam, si sciat sibi competere. sed si ignorat, post sententiam auditur opponendo, per. l. fin. C. eo. tex. in. c. quicunque. in primo. xj. q. j. & Spec. in eo. titu. §. nunc videndum. versi. cæterum dilatoria. per tex. in. c. at si clerici. de iudi. Feli. in. c. exceptionem. eo. tit. d. Barth. de Chassa. in consuetu. Burgun. in rubri. des iustices. §. v. in glo. s'il n'a grace. numero. xl v. & quomodo perdantur, vide Ioan. Masuer. in rubri. istius tituli. versic. item virtute.

**21** Aliæ ratione causæ competunt : vt si super pluribus personalibus actionibus me conueniat aliquis coram iudicibus diuersis, potero secundum iudicium declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ. c. ex tenore. de rescript. & c. dispendia. illo titulo in. vj. & idem si sum obligatus sub cōditione, & ante conditionis euentum creditor me conueniat, vt per totum titulum de conditio. apposi. c. vno de plus petito. l. j. C. de rei vxo. actio. vel si iudex vult iudicare in causa in qua fuit aduocatus, vel in causa propria, vel de illa summa quæ iurisdictionem suam excedit. l. solet. & l. prætor. ff. de iurisdict. om. iudi. ne quis in sua causa iudicet. C. l. si idem. ff. de iurisdict. om. iudi. Vber. de Bonacurso in rubri. qui. mo. examen ordina. iudi. declina. in versic. ratione causæ.

**22** Anomalæ sunt, quæ normam aliarum non sequuntur : quia possunt & ante litem contestatam & post opponi, licet dilatoria sint : vt exceptio excommunicationis. in. c. j. de except. in. vj. & in cle. vna. eo. titu. & in. c. exceptionem. eodem titu. in decretalibus. & idem tenet Petrus de Bella pertica in quæstio. xxvij. suarum quæstionum. Innocen. in. c. dudum. in. ij. col. j. de elect. & Feli. in. c. nonnulli. §. fin. de rescript. Vel dicuntur anomalæ non ex eo quod dilatoria & peremptoria possunt opponi, sed ex eo quod etiam in vim dilatoria possunt opponi in qualibet parte litis, secundum Cardina. in clemen. vna. in tertia quæstione allegata.

Quando exceptio dicatur opponi in vim dilatoria, declarat Specu. in titu. eo. §. dicto. versic. hoc quoque notandum est. dicens tunc peremptoriam in vim dilatoria opponi, quando reus dicit, tu non potes esse iudex in hac causa : quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de non petendo in perpetuum : vel mihi detulit iuramentum, & ego iuraui nil sibi debere. Dilatoria opponitur in vim peremptoria, quando quis dicit, non teneor dare tibi decem quæ peris : quia iudex coram quo me conuenis, est tuus amicus, vel rescriptum est surrepititum. tamen ista stare non possunt, cum habeant diuersos effectus : quia quod est dilatoria, scilicet differre, attribuunt peremptoria, quæ habet perimere, vel econtra : quod non debet esse, nec sic debent misceri, secundum Specu. vbi supra. Vel anomalæ possunt dici, quia possunt esse temporales & perpetuae. l. ij. §. temporales. ff. eo. & ibi Albe. vide Hostien. in summa huius tituli. §. quæ sit. Angel. in rubric. colum. vij. Specu. in. §. j. versicu. anomalæ. & §. nunc videndum. versicu. porrò. & quia ista non vult sequi normam aliarum, ideo posui eam solam : vel quia excommunicatus nulli debet communicare. c. j. ibi. nullus eidem communicet. de iudi. ideo eam posui solam, ne aliis haberet communicare, & alios inficere. Item exceptio filiationis est anomala. Lucas de penna in. l. j. in fin. C. de dignita. libr. xij. Formam opponendi vide per Specu. vbi supra. §. viro. versic. sed quoniam. Alias exceptiones vide in stylo parlamen. in eodem titu. in. j. parte. §. de stylo. & in rubric. de adiornan. here. mortuo. & resumptio. arramento per totum. & Petr. de Ferrariis, in practi. sua in forma libelli rei conuenti. in verbo, saluis aliis. & doc. in. c. si quis episcorum. iij. q. vj. in. §. j.

**23** Mixtæ sunt, quæ alio modo dubiæ appellantur, vt si petas decem quæ tibi promisi sub conditione : dubium est an sit dilatoria, an peremptoria : quia si conditio eueniat, erit dilatoria : si non, erit peremptoria : in dubio tamen iudicatur peremptoria per tex. in. l. sufficit. & ibi doct. ff. de condit. inde. Specu. eo. titulo. §. j. text. gloss. & ibi docto. in cap. fin. de rescript. in. vj. & in

c. si gratiosa. illo titulo. & lib. Alexan. in. l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. Consultit tamen idem Specu. in. §. dicto. vesc. quid de exceptione, & c. quod ante litem contestatam propontantur, & cautius. idem tenuit Ioan. Fabri. in. §. appellantur. in fin. institut. eo. & Vber. de Bonacurso in pract. sua in rubrica de perempto. excep. versicu. penult. incipien. est exceptio. Vel exceptiones dicuntur mixtæ, quia habent causam mixtam : vt exceptiones iurisurandi, transactionis, vel aliae litis finitæ. l. fratis. C. de transactio. Et istæ exceptiones possunt opponi prout reo placuerit, vel ad impediendum processum, vel ad merita causæ, dummodo legitimo tempore opponantur : ideo mixtam causam habere dicuntur. l. eleganter. §. j. ff. de conditio. indebi. & ibi Barto. & alij. ideo eam in medio posui, cum sit mixta. Et quando dicatur opponi ad processum, dic si opponatur ante litem contestatam hoc modo : non potes agere contra me, quia non habes actionem : vel, non competit tibi aliquod ius agendi, vel simili modo, secundum Steph. Aufre. in decisio. capel. Tolo. q. lxvij. Ad merita causæ hoc modo opponitur : nil debeo, quia solui : & ideo produco instrumentum solutionis. & hoc facit post litem contestatam : & tunc iudex discutiet iura vtriusque partis : & si reperiat exceptionem fore admissibilem, absoluat reum definitiæ, ita declarant Barto. & docto. in. l. nam postea. in princip. quam legunt cum. l. ait prætor. §. fin. ff. de iure. iurando. Barto. in. d. l. eleganter. & in. l. fin. ff. pro suo. &. l. cum quærebatur. iudicatum solui. Angelus in. §. æquè. col. peh. & §. appellantur. col. xix. eo. titu. Lanfrancus in verbo, exceptiones. colum. mihi. iij. magnæ impressionis, de probatio. Alias exceptiones litis finitæ vide per Maria. Sozi. & alios in cap. j. de litis contestata. & in. c. primo illo titulo. in. vj. per Philip. xl v. & Alexand. in addi. ad Barto. in. l. vir bonus. ff. iudicatum solui. Angel. in. d. §. æquè. colum. v. & sequen. Petr. de Ferra. in sua practica in forma respon. rei conuenti. in versicu. quo ad impediendum processum. Et sic exceptio triennalis possessoris valet, quod in beneficialibus post triennium non possit quis inquietari nec in possessorio, nec in petitorio, per regulam pragma. sanctio. & concordat. in rubrica de pacifi. posses. impedit litis ingressum in principio, seu processum : propter illud verbum, inquietari, seu molestari, secundum do. Bartho. de Chassa. in consuetu. Burgun. in rubrica, des successions. §. xiiij. in glossa, par benefice d'inventaire. in versicu. per hoc. & ibi ponit alias exceptiones. vide Barba. consi. lxij. col. xj. in. j. vol. & breuiter omnis exceptio peremptoria de qua liquido constat, impedit litis ingressum. Alexan. & Ias. in. l. nam & postea. in princip. & §. sed & si quis. ff. de iure. iurand.

**24** Quasi peremptoria est, quæ contra personas testium opponitur, non dico definiendo, sed declarando : & in hac arbore solum declaro, non vero quod ponam definitiones quidditatiwas, & ideo non turberis. & quatuor sunt quæ contra testes possunt obiici, crimen, infamia, suspicio, & macula manifesta, secundum Panor. in ca. j. not. tertio, eodem titulo. Et ideo dicitur quasi peremptoria, quia directè non perimit, sed per obliquum : quia sublata probatione ius partis remanet inutile. ca. s'ape. de restitu. spoliatorum. l. duo sunt. ff. de test. tute. ideo vsque ad sententiam vel ad conclusionem in causa potest opponi, sicut aliae peremptoria. l. ij. C. senten. rescin. non posse. ita eam appellat glos. in cap. j. eod. titu. & in. c. ex parte. de testi. licet glos. in. c. de testibus. illo titulo vocet eam peremptoriæ. & Imo. in cle. constitutio. numero. xxij. de elect. Et ista non potest dici dilatoria : quia iudicium non differt, nec potest regulari secundum regulas dilatoria, sed peremptoriæ. & si in causa principali non fuit opposita, in causa appellationis admittetur. glos. & ibi doc. in. c. ex parte. iam alleg. & in. d. c. de testibus. & doc. in authen. si dicatur. de testi. C. nisi pars malitiose distulerit opponere. glos. & doc. in. c. cum. l. & A. de re iudi. & an si testis sit mortuus, possit contra eum opponi, vide glos. in. c. præsentata. in fin. de testi. & si talis opponens contra testes non probat crimen oppositum, tenetur actione iniuriarum. ita doc. in. c. fin. de iniur. secus si probet quia fecit animo defendendi. Bar. Alexan. & Ia. in. l. fi. ff. quod quisque iur. Feli. in ca. j. eo. titu. De consuetudine tamen non tenetur, nec potest iniuriarum conueniri : vt tenet. d. meus & concius. d. Nico. Boer. in consi. posito post consuetu. Bitur. incipien. si quis animo iniuriandi, imò etiam si non probet : vt ibi dicit: & Guido papæ in statuto, quis per literas. in ver. communi aestimatione. col. xv. & sequitur. d. de Chassa. in consuetudi. Burgun. in rubric. des enfans de plusieurs liet. §. iiiij. in glo. j. in fin. per glos. sing. in. l. quisquis. in versi. vtilitas. C. de postulan. secundum Guiliel. de Ludo. in sing. lxxxvj. & maximè si protestatus fuerit, vt sollet fieri, non opponere animo iniuriandi. secundum Ioā. Masuer. in prac. sua, rubric. de iniur. in versi. item si aliquis. licet Anto. de Tremo. in additi. ad Ver. de Bonacurso in rubric. quibus mod. suo no.

suo no.ciuilit.agen. versicu. repelluntur quoque. in ver. erat no-cens. dicat se vidisse testes in actione iniuriarum Tolo. agentes re-reportasse sententiam pro ipfis. fortius dicit talem consuetudinem non valere, contrarium tamen vidi saepius in dicta ciuitate, & in curia Senescalii Nemausi, habita prius protestatione: vt supra dixi. Imò fortius dicit Aufre. in deci. capel. Tolo. q. ccccix. quod si aliquis in modum exceptionis opposuit crimen parti, quod postea non potuit probare, non tenetur iniuriarum, si fuerit protestatus, & non fuerit pertinax in probando. quod bene not. Tamē secundum leges non repellitur quis à testimonio per obiectum criminis, nisi testis sit cōdemnatus, & infamis effectus. & hoc est etiam de stylo: vt habetur in stylo Parlame. in. j. parte, in fin. rubri. sequitur aduisamentum. §. penulti. & ibi Aufre. in addi. quod secus est de iure canonico: quia sufficit si probetur criminosus, per text. in c. testimoniū. & c. super eo. & ibi not. de testi. & an si opponatur exceptio contra testes tempore quo producuntur, debeat excipiens admitti: & si iudex nolit admittere, quid agendum sit, Panor. in c. ex parte. & ibi Feli. late de testi.

**25** Peremptoriae sunt, quæ rem de qua agitur, perimunt. verba sunt imperatoris in. §. appellantur. instit. eo. alias definitiones ponunt docto. maxime Vber. in rubric. de perempro. exceptio. & Angel. in dicto. §. appellantur. sed eas vide: & illis visis non inuenies meliorem. Et dicitur peremptoria, à perimendo: quia rem de qua agitur, perimit: vt in definitione habetur. sic dicitur peremptoriū, à perimendo. l. & tertium. ff. de iudic. Congruentius tamē possent elisoriae vocari, secundum Vber. de Bonacurso vbi supra, cū quædam sint quæ non perimant, sed elidant. Sed ego defendendo & iurisconsul. & imperatorem, dicerem quod imò melius dicitur peremptoria, & non obstat quod aliquando non perimat, sed elidat: quia illa elisio potest largo modo accipi pro peremptione, & quantum ad effectum: vt no. doc. in. l. si vnu. §. pactus. ff. de pac. vel potest dici peremptoria habitu, licet non semper perimat: vt not. doct. in. procem. ff. & institu. de matrimonio, & augusto. vel etiam dicitur peremptoria respectu dilatoria, vel respon. hoc nomen esse impositum à iurisconsultis causa frequentioris usus: quia frequentius tollit quam elidat, vt patet: ergo aliū casum non excludit, scilicet elisionem: vt not. glo. fin. reputata in cle. j. in ver. præsidentes. de elec. secundum Barba. in. c. sedes. coll. xvij. & c. edoceri. col. ij. de rescrip. & in cap. Raynaldus. col. xcviij. de testa. & ibi alleg. alias vide. vel possumus respondere prout respon. glo. in rubri. sol. matri. ff. & in. l. ij. C. de constit. pecu. quod pertinacibus est relinquendum. Et ista peremptoria est quintuplex: personæ, obligationis, iudicij, pœnae, & accusationis. & vnaquæque infra declarabitur in suis cellulis.

**26** Personæ peremptoria est, quæ personam perimit: vt si constituatur religiosus procurator sine licentia sui abbatis. nam non valet. in cle. religiosus. de procu. & si ille agit nomine procuratorio, possum excipere contra eius personam, & perimere: quia nec nunc, nec alio tempore sine licentia poterit: vt declarat Imol. in cle. constitutionem numero. xxvj. de elect. licet Hosti. in. c. nostra. de procurato. vocet eam quasi peremptoriā. Idem si infamis, vel furiosus. l. cum prætor. ff. de iudi.

**27** Peremptoriae obligationis sunt in quadruplici differentia, videlicet utramque quædam tollit: quædam naturalem tantum, quædam ciuilem tantum, & quædam neutram.

**28** Exceptio quæ utramque tollit, est quæ potius appellatur facti seu intentionis quam iuris: quā declaraui. §. in. j. diuisione. Specula. eo. tit. in. §. dicto. ver. & vt plenius. ponit exemplum, vt si filiusfa. recipit pecuniam matuo: recipiendo, naturaliter obligatur: & scripturam faciendo, ciuiliter, per totum titulum institut. de liter. oblig. tamen si mutuans petat, exceptio Macedoniani poterit opponi, quæ utramque tollit vel elidet, secundum Angel. in rubri. eo. titu. col. xij. Iacobi. in. l. frater. col. vlti. ff. de condic. indeb.

**29** Alia perimit naturalem tantum, vt si quis me instituat heredem, & leget ultra doctrinam: ego heres sum naturaliter obligatus ad soluendum legata. in. c. j. de solutio. ciuiliter vero non, cum possim deducere quartam per legem Falcidiam. ff. & C. ad. l. Falc. si ergo legatarij ad integra legata me conueniant, ego excipiam quod quartā volo detrahere per. l. Falc. & ista exceptio tollit naturalem qua heres tenetur ad soluendum integra legata: vt tenet Barto. Alexan. & Ias. in. l. j. ff. de condic. indebi. & l. cum quis. C. de iur. & fac. igno.

**30** Alia ciuilem tantum perimit: vt si debeam decem, & mihi facias pactum de non petendo, illud pactum tollit naturalem. ideo si petas, per exceptionem ciuilis tolletur, seu elidetur: vt Spec. vbi supra ait. & Angel. in. d. rubri. ponit aliud exemplum, videlicet in exceptione præscriptionis. vide Bart. in. l. fi. ff. rem rat. habe. & ista exceptio præscriptionis non debet per iudicem suppleri, nisi opponatur: vt tenet. d. Barth. de Chassa. in consuetu. Burgun. in rub. des forez. §. viij. in fin. & Alexan. consi. ccxij. in. ij. vol. & cōsi. xcij.

in. v. vol. & de hac materia præscriptionum latē vide Ioan. Fracis. Bal. in trac. præscrip. in prima parte & per totum, & in additio. ad Vber. in rubri. de perempro. exceptio. in ver. præscriptions. Lucā de pena. in. l. fina. C. de censi. & peræqua. lib. xj.

**31** Alia neātrā perimit, vt solutionis exceptio, secundum Specu. vbi. §. & Angel. in rubri. huius titu. & ibi ponit alia exempla. Et regulariter istæ exceptiones peremptoriae usque ad sententiā possunt opponi. c. exceptionem. eo. tit. l. peremptorias. C. sen. resciri. non posse. Specu. in. §. dicto. Hostien. in. §. & quando. in summa huius titu. Angel. in. §. appellantur. instit. eo. & Lanfran. in repe. c. quoniā. in ver. exceptions de probatio. doct. in cle. sape. de ver. signi. Petrus de Ferrariis, in practica sua, in forma respon. rei conuēti. in versi. saluis aliis exceptionibus. vel possunt opponi usque ad conclusionem in causa, per text. in. c. cum dilectus. de fide instru. & Barba. in tracta. de præstan. cardin. in. v. q. basilica. secundæ partis. ponit Bal. in. l. exceptionem. C. de probatio. rationem, quia ordo priuationis est, quod eam præcedat habitus, nil allegat. potes adducere tex. in. l. decem. ff. de verb. obliga. §. seruus. institu. de capi. demi. vnde quia omnis actus est habitus, & omnis exceptio est priatio: & iste ordo est secundum naturam: ideo glo. in. c. de testibus. de testi. reputat stultum illum qui probat peremptoriā donec aduersarius probauerit suam intentionem: quia si aduersarius nihil probauit, non indiget reus aliqua exceptione. l. si quidē. C. eo. Consuetudo tamen seruat quod omnes peremptorias oportet simul proponere: vt tenet Ioan. Masuer. in prac. sua. in rubri. de literis. notis, & notatis, in princ.

Formā opponendi vide per Specu. in eo. tit. §. viso. versi. fina.

**32** Peremptoria iudicij est, quæ iudicium perimit quandocunque opponatur: vt tu non es nec vñquam fuisti procurator. secus si dicatur, tu non potes esse procurator, quia miles vel fœmina: quia hæc dilatoria est, per tex. in. l. licet. C. de procura. & ibi doct. Angel. in. d. §. præterea. col. ij. Bal. in. l. peremptorias. iam allega. vel non habes mandatum sufficiens, quia hæc dilatoria est: ideo ante item contestatam opponi debet. nam litis cōtestatio supplet defectum dubij mandati: vt tenet Milius in repet. in ver. exceptio ista, tu non, &c. Secus si diceret, tu non habes mandatum: quia hæc quandocunque opponitur etiam post sententiam, quia iudicium retro nullum reddit: vt asserit Alexand. consil. cxlvij. in vj. vol. & dixi latius in cellula. supra ratione procuratoris. & vide Alexand. con. xljj. in. iiij. vol. Vel pone exemplum, quia filiusfa. non potest sine consensu patris stare in iudicio. l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. si tamen contra me agat, & in fine iudicij opponam quod est filiusfa. & quod non habuit consensum patris: illa exceptio iudicium perimit: ideo dicitur peremptoria iudicij. notatur in. d. §. necessitate. De consuetudine tamen filiusfa. in omni causa iniuriarum, & excessuum, & multo magis cum agitur criminaliter, admittitur agendo & defendendo etiam sine auctoritate patris, secundum Ioan. Masuer. in rubric. de except. in ver. item simili. ibi de consuetudine. nec etiam curia parlamenti curat de patria potestate, nec propterea annullatur processus in filio maiore, licet consensus patris non interuenerit: vt dicit Guido papæ quæstio. liij. in deci. suis, & sequitur Guli. Benedi. in repe. c. Raynitius. in ver. si absque. in. ij. in substitutione fideicommissaria. numero. l. de testa. quod bene not. Nec etiam curia parui sigilli Mōtispesulani exceptionem patriæ potestatis admittit, nec propterea annullatur processus in. d. curia, licet consensus patris non interuenerit, si filius est maior, cum tantum in. d. curia admittantur tres exceptiones, videlicet solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo: vt tehet per expressum Guido papæ vbi. §. quæstio. cccx. & habetur in stylo parla. in rub. de act. personal. §. item hæc. in prima parte. & de officio parui sigilli Mōtispes. iudicis, videat iudex, & eius aduocati stylum curiae parla. in rubric. de officie. iudi. par. sigilli Montispes. & ordina. regias in rubri. du petit seal de Montpellier. & idem fere stylus est in curia cōventionum Nemausi: vt ibidem vidi. contra tamen hunc stylum vidi impetrari literas cancellariae, vt aliæ exceptiones possint opponi: & tunc opponuntur. not. dominus meus concius do. Nicol. Boer. in consue. Bitur. in. §. ij. de consue. iur. sta. persona. dicit generalem consuetudinem regni Franciæ esse, vt maior. xxv. annis sine auctoritate patris possit in iudicio stare, cum sint prorsus absoluti, & non sint in potestate patrū: vt tenet glo. fin. in. §. fi. insti. de patria potesta. fuit tamen cōtra illam glo. latum arrestum in parla. Parisien. prout refert & sequitur do. Bart. de Chassa. in consuetu. Burg. in rubri. des enfans de plusiure lit. §. iij. numero. xxj.

**33** Peremptoria pœnae est, si fiat concordia vel transactio in criminalibus. nam per illas pœna remittitur: vt not. doct. in. l. transigere. C. de transact. Bald. in tract. statu. in verb. cōcordia. in penul. q. vide gl. & doc. in. l. fi. ff. de senatus. Sylla. Ange. in. §. j. inst. eo. Vel pone exemplum in eo qui gratiam obtinuit à rege, prout notat plene. d. Bar. de Chassa. in cōsue. Burgun. in rub. des iustices. in

§.v.in glo.s'il n'a g'ace.& ibi ponit modiuin interihandi gratiam:& quando concedatur in die veneris sancta, quid operetur, ibi vide. A 34 Alia est peremptoria accusationis, vt si me accusas de plagio, quia tuum seruum vendidi, & subtraxi, excipiam quod erat meus: & hac exceptione accusatio tolletur. nam si sit meus, non potui in eo plagium committere, per text.in.l.præses. C.ad.l. Flauiam de plagia. & pone per text. in. l. quoniam Alexandrum. C. ad.l.Iul.de adul.Barba.hoc declarat in additio.ad Bal.in.c.j. §. naturales. in versi. nota si de feudo fuerit controuer. inter do. & agna. vasal. Vel pone exemplum in hoc titulo ad. l. Flauiam. quod si aliquis surripiat filium Boëmi vel alterius, vel Boëmus hoc faciat, qui hoc sunt soliti facere, & vendat, tenetur. l. Flauia de plagiæ. vt declarat Specu. in titulo de accusa.in. §. fina. in princip. in iiiij. parte dicens pœnam esse capitalem. Hodie tamen cardinales & alij magni domini donant famulos inuicem, & non incident in legem Flauiam: quod bene obseruatur in Fracia. Bar. in lege.fin.ad. l. Flauiam de plagia. Barba. in rubri. de commoda. col.ij.

35 Quarta per ordinem succedit diuisio: quia quædam sunt temporales, perpetuae, & de quibus dubitatur. & hæc probantur per tex. & no. in.l. iij. ff. eo. Temporales sunt, quæ non semper locum habent: sed euitari possunt, & rem de qua agitur, non perimunt. B text. in. §. appellantur. instit. eo. & in.d.l. iij. vt pactum de non petendo intra certum tempus. Nam si agatur ante tempus, erit excipiendum. non tamen perpetuo potest euitare quo minus soluat: vt dicit Hosti. in summa huius titu. in. §. quæ sit. & Spec. §. j. tex. & ibi Feli. & alij in. c. si autem. de rescrip. & latius declarabitur in sequen. idem in exceptione restitutionis, per text. in. l. necnon. §. exemplo. ff. ex quib. cau. maio. l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiu. l. fi. & per totum de tempo. in integ. resti. peten. Steph. Aufre. in decisio. capel. Tolo. q. ccxxxvii.

36 Perpetuae sunt, quæ semper locum habent, & euitari perpetuo possunt: & rem de qua agitur, perimunt. d.l. iij. & d. §. appellantur. vt exceptio doli. nam si dolo induxisti me ad aliquid promittendum vel faciendum, & post promissionem agas, possum de dolo perpetuo excipere, etiam usque ad mille annos: vt tenet Hosti. in. §. & quando. versi. item in ciuilibus. Specu. in. §. j. versi. est autem. eod. titu. & Vber. de Bonacur. in practi. sua, in rubri. de perempto. excep. in prin. & Azo in summa huius tit. versi. fina. & ideo perpetuae dicuntur, quia si perpetuo agatur, perpetuo excipietur. Feli. in. d. c. si autem. & fere omnes peremptoriæ perpetuae sunt: vt ait Spec. in eo. titu. §. viso. versi. item nota quod fere, idem in pacto de non petendo. l. si. vnu. §. pactus. ff. de pact. idem dic in pacto de non agendo. l. postquam liti. C. de pac. & Aufre. in decis. capel. Tolo. q. cclix. Hæc tamen cum sit declinatoria, ante item contestatam debet opponi, & non post: vt tenet Philip. in cap. j. de litis contesta. in. vj. Et idem dic in pacto de quota litis. l. item. C. de procura. non omissio pactus. ff. de pact. idem dic in pacto de non mouendo quæstionem, de quo per Innocen. in cap. cum venissent. de institu. & de pacto prorogatiuo. l. lecta. & ibi doct. ff. si cer. peta. in quibus omnibus pactis si agat qui mihi fecit pactum, semper potero excipere de pacto, nisi vt supra dixi secundum Bald. in Marga. in verb. exceptio. in. l. q. idem si aliquid contra leges perpetratum sit. nam si maritus reluctante vxore prædium alienauit dotale, & emptor postea agat, excipiet vxor alienationem esse contra leges. & idem si contra senatus consulta, puta si mulier intercesserit, & conueniatur: & hoc excipiet esse contra senatus consulta, puta contra senatuscon. Velleia. l. j. & per totum. ff. ad senatusconsultum Velleia. C. illo. titu. & vide de hoc senatusconsulto per additio. ad Vber. in. d. rubric. de perempto. excep. & Ange. in. §. item. col. xij. cum sequē. institu. eo. Bal. in Marga. in ver. mulier. in vlti. quæst. Pet. de bella Pertica in suis quæstionibus. quæsti. xxxvij.

37 Aliæ sunt de quibus dubitatur, an sint temporales vel perpetuae: vt exceptio ne maritus conueniatur ultra quam facere possit. l. maritum. ff. solu. matri. & l. sunt. cum. ll. sequen. ff. de re iud. nam dubium est an perpetuo maritus erit pauper, an perueniet ad pinguiorem fortunam. nam si perpetuo sit pauper, perpetua erit, si perueniat ad diuitias, erit temporalis. ita declarat glo. in d.l. iij. intellige tamen hanc exceptionem habere locum, nisi persona principalis contra quam opponitur, indigeat: quia tunc non habebit locum exceptio: quia charitas bene ordinata à seipso incipit. l. præses. C. de seruit. & aqua. l. si quis. §. de alimentis. ff. de liber. agnoscen. in. c. qui vult ordinatè. de pœnitent. distin. iij. glo. in cap. si Romanorum. xix. dist. dicit absurdum esse aliis benefacere, & non sibi. glo. in. c. nisi de aucto. pallij. insit potius debere diligere me quam alium. glo. in ca. ex parte. in. ij. de cleric. non residen. & hanc opinionem tenet Roma. in repe. l. si vero. §. de viro. coll. xxxvj. fallen. xxxix. ff. solu. matri. Et licet hæc exceptio possit opponi contra alias personas, nunquam tamē habebit locum, si dictæ personæ quæ possunt eas exceptiones opponere, non

præstiterint cautiohem de soluendo ex integrō, si peruerenterint ad pinguiorem fortunam, per tex. in. l. vna. §. cum autē. C. de rei vxo. actio. ita Anto. de Tremolis in additio. ad Vber. de Bonacurso, in rubri. de exceptio. & benefi. in versi. & cæteri. & ibi vide alias personas hoc priuilegium habentes. & in. d. l. sunt. cum legibus seq. & ibi docto. idem in exceptione non numeratae pecuniae, & non numeratae dotis: vt Hosti. canit. in. §. quæ sit. in ver. de quibusdam ea. tit. Saly. in. l. exceptionem. numero. xx. de proba. & idem Spec. vbi supra. §. j. versi. est quoque. & §. dicto. versi. quid de exceptione. & an omnibus exceptionibus possit renūtiari, vide Pet. de bella Pert. q. clv. in suis quæstionibus.

38 Quinta diuisio est, quod quædam sunt personales, & quædam reales. personales sunt, quæ personæ cohærent, & personam vel eius qualitatem concernunt, & ad alios non transeunt. l. exceptiones quæ personæ. ff. eo. & hæc sunt duplices. quædam inhæret personæ per quam, aliæ personæ contra quam: vt tenet Io. And. in additio. ad Spec. in. §. j. eo. tit. in fin.

39 Exceptiones inhærentes personæ per quam, sunt istæ: de legato: vt si legatus missus ad alias partes ibi conueniatur, habet exceptionem sua inhærentem personæ, per quam agentem repellit. l. i. §. legatis. ff. de iudi. & ibi ponuntur aliæ personæ consimile priuilegium habentes. Idem si clericus coram seculari conueniatur, cum iure prohibeatur. in. c. clericum nullus. xj. q. j. & c. si diligenti. & c. significasti. de foro compe. Idem dic si exceptus coram non suo iudice conueniatur. nam per exceptionem actorem repellat à limine iudicij. & alia exempla videoas per Spec. in titu. de reo. & Host. in summa huius titu. in. §. fin. versi. item est effectus. debent tamen supradictæ personæ cauere de iudicio sisti coram eorum iudicibus: vt pulchre dicit tex. in. d. l. i. j. §. sed si dubitet. ff. de iudi.

40 Inhærentes personæ contra quam excipit, sunt sequentes. primò suspicio iudicis. nam si quis coram iudice suspecto me conueniat, contra eum excipiam. quæ exceptio inhæret personæ contra quam excipit, cum durum sit coram eo litigare. in. c. cum inter. eo. titu. & causas suspicionis ponit glo. in. c. causam. & ibi Hosti. in summa. in. §. quæ sint iusta causæ. Æne. de Falco. in. c. causam. in. i. j. de iudi. & latè Præpo. in. c. postremo. de appell. Atchidia. & alij in. c. i. j. de appell. in. vj. & an fideiussori competat, text. in. d. l. exceptions. Angel. Ioan. Fab. & alij in. §. fin. institu. de replica. Roma. sing. cccccxxvj. d. de Ripa. in. c. j. numero. xxv. de iudi. Bal. in tract. statu. in ver. debtor. in. v. q. & in ver. excipere. i. j. q. Petrus de bella Pertica in suis quæstionib. q. cxxix. & q. xxxvij. Petr. de Ferra. in practica sua, in forma respon. rei conuenti. in ver. saluis aliis coll. penult. & Vber. de Bonacur. in practic. in rub. de exceptionibus & beneficiis, quæ post definitiam sententiam opponuntur. versi. opponi autē possunt. & ibi in additio. ad eum.

41 Reales sunt, quæ rei adhærent, & radicem obligationis concernunt, & fideiussori competere possunt. l. exceptiones. §. rei. ff. eo. & sunt in duplice differentia. quædam rem ipsam de qua principaliter agitur, concernunt: quædam vero quamlibet rem.

42 Concernentes rem de qua agitur, sunt, si petis beneficium, & dico sublatum de ecclesia. in. c. cum accessissent. de cōstitu. vel dico tibi non deberi ex qualitate eius, quia forte curatum, & non attingis vicesimumquintum annū. iuxta notata in. c. cum in cunctis. per illū text. ad hoc expressum. §. inferiora. de elect. & ad omnem successorem transit: vt Angel. attestatur in rub. coll. vij. versi. venio nūc ad quintum. ideo dicit Angel. consl. lvij. exceptionem rei iudicatæ esse realem.

43 Aliæ respiciunt, siue quamlibet rem concernunt, vt locum assignare non tutum, remotum, inhonestum, rescriptum vitiosum, libellum incepte conceptum. nam de qualibet re excipiam, siue fuerit ecclesiastica siue prophana, per text. in. c. ex parte. in. j. de appella. & ibi doc. in. c. venerabilibus. §. sed si ex causa. de senten. excom. in. vj. cle. pastoralis. de re iudica. in. l. de ætate. cum. l. sequen. & ibi Alexand. qui legit illas leges cum. §. fin. l. recusare. ff. ad Trebell. Feli. in. c. cum. R. de offic. deleg. Car. & alij in. cle. vna de fo. compe. Et istæ licet sint dilatoria, quia habent causam successiua & multiplicatiua, post item contestatam possunt opponi: cum si de nouo citentur, de nouo grauantur. ideo prodest quo ad futuros actus, non quo ad præteritos: vt no. in. c. dilectus. in. i. j. de rescript. Nico. de Milis in reper. in ver. exceptio dilatoria habens causam, & c. Ias. in. l. prætor. §. fina. coll. vi. ff. de noui ope. nuntiatio. idem tenet. d. de Ripa. in tract. de peste. in. iij. parte. i. j. partis. q. iij. dicens, quod licet quis comparuerit in loco pestifero semel vel pluries, nō tamen tenebitur amplius in illo loco comparere, etiam si promiserit se sistere in illo loco, per text. in. l. i. j. §. fi. ff. si quis cautio. net tenetur mittere procuratorem: vt ibidē not. doct. & Vber. de Bonacurso in practica sua, rubri. quib. mo. citatio impune contemni possit. §. j. & per totam rubri. & Feli. in. c. accedens. in. i. j. vt lite non contesta.

**44** Sexta diuisio. Quædam sunt fauorabiles, quædam odiosæ, & inductæ propter rigorem iuris, & inductæ propter naturalem æquitatem. Fauorabiles sunt, quæ in merum fauorem sunt principaliter introductæ, per text.in.l. qui exceptionem. & ibi Barto. & Iaf. ff. de condic. indebi. Bal. in.l. rogasti. in prin. si cer. peta. Et tunc presumitur inductum principaliter in fauorem, quando est inductum ob imbecillitatem: vt Velleiani exceptio, & aliæ multæ. Odiosum vero, quando est inductum propter dolim: vt in Macedoniano. ita tenet Bal. in.l. pe. C. de pac. Iaf. in.d.l. qui exceptionem. & est quadruplex. prima, quæ non opposita nunquam elidit: vt exceptio epistolæ diui Hadriani. & tunc solutum non opposita exceptione nunquam repetitur, per casum singu. in. l. si testamento. §. quod si duo. ff. de fideiutto. §. si plures. instit. de fideiutto. & hæ. s. Macedoniani & Velleiani in executione opponi possunt: vt tenet Alberi. in.ij. parte statuto. q. cxlvii.

**45** Alia quæ non opposita elidit quodammodo naturalē obligationem, & sic ius agendi, vt pactum de non petendo: & tunc indebet solutū repetitur. d.l. qui exceptionem. & Bal. in Marga. in ver. exceptio. in. xx. q.

**46** Alia est fauorabilis & perpetua, vt est illa quæ simul nascitur cum ipso contrafactu: vt exceptio Velleiani: vt per totum titulum. ff. & C. ad Velleia. & Angel. in. §. item. colla. xij. institu. eo. Pet. de bella Perti. q. xxxij. & Vber. plene in practi. sua, in rubr. de perempto. except. in ver. exceptio Velleiani. & ibi in additionibus ad eum.

**47** Alia quæ nō competit, nisi expresse opponatur: vt exceptio compensationis, de qua per Iaf. in. d.l. qui exceptionem. Feli. in. c. suborta. de re iud. Alexand. consil. cxlix. in. ij. volu. & consil. lxj. in. iiij. volu. & consil. xcij. in. iiiij. parte. & lxxxvj. in. v. parte. & Vber. in practi. prædicta, in rub. quibus mod. suo nomine ciuiliter agentes ver. præterea. in verb. pecuniariis. ibi in addi. ad eum plene. & an excommunicatus prædictam exceptionem opponere possit: q. non, tenet Steph. Aufre. in decis. capellæ Tolo. q. j. & q. clxxj. & q. ccc. & hæc in executione & post sententiam potest opponi: vt instit. Ang. consil. cxxxij. & consil. cclix.

**48** Odiosæ sunt, quæ principaliter in odium alicuius sunt inductæ, per ea quæ dicit Bart. & Iaf. in. d.l. qui per exceptionem. & sunt hæ. Macedoniani, & similes. Nam Macedoniani exceptio contra naturalem rationem in odium frateriæ filiis fam. est introducta: vt habetur per totum titulum. ff. & C. ad Macedonia. quia vt filius solueret mutuum acceptum, ante diem patrios inquirebat in annos: vt dicit Ouid. & refert gloss. in. l. fin. C. de paet. & de hac ponit glo. in. §. item si. de excep. in institu. Vber. in sua iam allegata practica, in rub. de peremp. exceptio. & ibi vide in addi. Idem dic in exceptione criminum. in. c. accedens. de accu. Specu. in eo. titu. §. dicto. versi. vtrum autem. Notandum est tamen quod omnis exceptio potest sui natura dici fauorabilis, cū ipsius mater sit æquitas. l. qui æquitate. de dol. except. instit. eo. in prin. Bar. in. l. j. de vaca. mune. ff. Azo. in summa huius tit. Panor. in. c. cum inter eo. tit. & Feli. in rubr. Bald. in Marga. in verb. exceptio. q. xxxij. Angel. in col. vj. rub. eo. titu. versi. capiamus tertium. glo. sing. in. l. venia. in ver. liberis. C. de in ius vocan. secundum Barba. in tract. de præstantia cardinal. in. j. q. j. partis. numero. lxxij. col. xl.

**49** Aliæ inductæ sunt ad rigorem iuris seruandū: vt exceptio rei iudicata: vt per totum titulum de except. rei iudi. & in cap. fin. de excep. in vj. Pet. de Ferra. in prac. sua, in forma responsio. rei conueni. in ver. reique iudicata. & Vber. de Bonacurso in rubric. de perempto. except. in versi. rei iudicata. ibi per addi. ad eum. & quatuor requiruntur in hac exceptione: videlicet quod sit eadem res, eadem causa petendi, identitas personarum vere vel interpretatione. l. cum queritur. cum duabus seq. ff. de excep. rei iudic. Itē quod fuerit à iudice competenti lata. doct. in. c. seculares. de foro comp. in. vj. & c. fin. & ibi Philip. Fran. illo tit. vide Alexand. in. l. s. p. de re iudi. & in consil. xcij. in secundo volu. & in. l. qui Romæ. & ibi alios. ff. de verb. oblig. Et idem in exceptione litis pendentis. l. Julianus. ff. de condic. indebi. & ibi doc. & d.l. qui exceptionem. Angel. in. §. item si in iudicio. eo. tit. insti. & illa tria quæ debent in sententia concurrere, debent etiam in exceptione litis pendentis interuenire: vt tenet Philip. in. c. fi. eo. tit. in. vj. Quot modis dicuntur lis pendere? dic quinque modis. Primo per libelli oblationem. l. ij. & iij. vt lite penden. C. Secundo per appellationem. nil noua. appell. penden. ff. Tertio per relationem seu consultationem per iudicem superiori factam. l. ex illo tempore. C. de appell. Quarto per iudicis recusationem. c. secundo requiris. & c. cum speciali. de appell. apertissimi. C. de iudi. Quinto per in integrum postulationem restitutionis. l. vna. in integ. resti. postula. ne quid no. fiat. C. & Pet. de Ferra. in prac. sua. in ver. exceptionem litis pendentis. in forma respon. rei conuen. Alex. consil. cv. in. iij. volu. & xlj. in. iij. vol. & .cxxxij. in eo. volu. & So. in consil. xxxvij. in primo vol. Feli. in c. exceptionem. numero. xlj. eo. tit. Intellige tamen exceptionem ff. Nouum.

litis pendentis posse opponi si pendeat coram iudice competeti. alias secus, per text. in cle. ij. vt lite penden. Philip. in. c. fin. eo. titu. in. vj. de exceptione compromissi pendentis vide Alex. consil. lxxj. in. v. parte. Iaf. in. c. pecuniam. col. iij. ff. si cert. pet.

**50** Sunt & aliæ inductæ propter naturalem æquitatem: vt exceptio doli: vt habetur per totum titulum de doli except. ff. & Alex. in. l. si quis cum alter. ff. de verb. oblig. glo. magistra. & singu. in. l. qui se debere. ff. de condic. cau. data. & ibi Iaf. ample. Aduerte tamen quod hæc exceptio plebeio seu humili contra cōstitutum in dignitate nō competit, per text. singu. in. l. non debet. ff. de dol. sing. secundum Aret. in. §. j. col. xij. insti. eo. secus dicere in exceptione merus. vide Cepol. cautel. clvij. & clxj. & Petr. de Ferra. in prac. sua, in forma responsionis rei conuenti. in ver. doli exceptio. Vber. de Bonacur. in sua practica in rubt. de peremptor. excepti. in versi. peremptoria. & ibi in additio. ad eum per. d. Anto. de Tremolis. in verb. doli mali. Idem in exceptione non numerata pecuniæ, erroris, & ignorantie. l. j. & per totum de non numerata pecu. C. erroris, in cle. vna de sequestra. possess. & ibi Franc. in glo. fin. Angel. d. §. appellantur. colum. xvij. & de hac exceptione nō numerata pecuniæ, vide Feli. in ca. si cautio. de fide instr. Et potest opponi per ecclesiasticas personas etiā post biennium, imò prelatus ecclesiae huic renuntians nō præjudicat ecclesiæ, vt tenet princeps canonistarum Ioan. And. & alij post eum in. c. fi. de solu. Bal. in auth. hoc ius. C. de sacro san. eccl. Iaf. in. l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. Nico. Milius in reper. in ver. exceptio non nume. pecu. Angel. in consil. ccxl. colum. iij. in. ij. dubio. imò fortius dicit Ange. consil. clvj. quod si exceptio non numerata pecuniæ obicitur contra illum qui dicit se numerasse pecuniam, perpetuo competit, & potest opponi: quia ei opponitur de dolo suo in quo versatur, cum scire debuerit pecuniam non numerasse, ex quo de sua numeratione agitur, de qua non potest ignorantiam prætendere. l. fi. pro suo. ff. licet secus esset si opponeretur contra alium, puta contra successorem qui non numerauit: & hoc procedit de canonica æquitate, secundum eundem Angel. quem vide. idem in exceptione rei litigiosæ, transactionis, pietatis, vel malitiæ: vt tenet Hosti. in summa huius tit. §. quæ sit. versi. fin. Formam opponendi ponit Spe. eo. tit. §. viso. ver. super exceptione.

**51** Septima sequitur diuisio, quod exceptionum quædam sunt diuersæ, alternatiæ, & contrariæ. Diuersæ sunt, quando multa remedia propono: vt si petas à me domum, excipiam quod fecisti mihi pactum de non petendo: & res iudicata est, vel trâsacta. nam hoc facere quis minime prohibetur, per text. in. l. contra maiores C. de inoffi. test. Bal. & Sali. in. l. si quidem. C. eo. & in. l. peremptorias. C. senten. rescindi non posse. De consuetudine tamen defensio non potest in plures partes diuidi, & potissimum quando ad vnu finem tendit, per. l. iam tamen. §. pe. ff. iudica. solui. & ideo si reus habeat plura remedia, aut plures exceptions ad vnum finem tendentes: illas simul tenetur proponere, & vna vice: alias nō est audiendus ad aliquid de nouo proponendum: vt afferit Ioan. Mas. in practica sua parlamenti, eo. tit. versi. de consuetudine. & seq. & idem seruatur in parlamento Tolo, vt habetur in stylo parla. §. fi. nisi in casibus positis per Steph. Aufre. in. §. fi. ibi videre licet. vide Io. de Seltia in trac. de benefic. in. iij. parte. q. xix. Hippol. in rubri. de probat. fo. xlj. col. iij.

**52** Alternatiæ sunt, per quas reus sic excipit contra actore: non potes agere contra me, quia es fur, aut falsarius, seruus, vel excommunicatus. & hæc exceptiones regulariter non admittuntur: quia alternatiæ parit obscuritatem. in. c. vt qui duas. de elect. in. vj. & obscura exceptio debet rei. l. j. §. Labeo. ff. de flu. quod fallit in tribus casibus positis per Feli. in. in. c. tertio loco. col. iij. de proba. ibi. adulterinum, &c. Ioan. And. & alij in regula, in alternatiis. de reg. iur. in. vj. Sex species alternatiuarum vide per Bar. & alios in. l. iij. ff. de eo quod cer. loco. Ioan. Fab. & cæteros in. §. huic. insti. de act. & d. Barto. de Chassa. in consue. Burgun. in rubr. des mains mortes. §. xxj. in glo. fin. no. doc. in. c. inter. de rescrip.

**53** Contrariæ dicuntur quando aliquis dicit excipiendo se non habuisse, & soluisse, vel pactum de non petendo sibi esse factum: vel si reus accusetur de homicidio, potest negare se occidisse: & si conuincatur, potest allegare quod ad suam defensionem fecit: vt dicit Ioā. And. in. c. nullus. de regu. iur. in. vj. in mercuria. Barto. in. l. cum de indebito. ff. de proba. Barto. & alij in auth. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. Alex. Iaf. Hercul. & alij in. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obliga. Barto. & alij in. l. nemo. ff. eo. ideo est dicendum, quod exceptiones contrarias potest quis conditionaliter opponere: vt nego me habuisse, & casu quo probeatur, dico me soluisse: vel aliud, per glo. in. c. cum dilectus. de relig. do. glo. Panor. & alij in. c. audit. de præscript. Panor. & Feli. in. c. pastoralis. eo. tit. Bal. in. d. l. si quidem. C. eo. Specu. tamen in. d. §. viso. versic. quid si debitor. dicit alia via nos posse excipere: vide licet si aliquid petatur alicui, fas erit dicere, dubito. & si prober,

potero allegare solutionem, vel aliam exceptionem, argumento text. quem allegat in.l. si debitor. ibi, neget aut dubitet. ff. de peti-  
tio. here. facit text. licet non adducat in.l. iusurandum & ad pecu-  
nias. ibi, putat decessisse. ff. de iure. in.l. si quis inficiatus. ibi, pro-  
curatorem non putaret. ff. deposi. in.l. cum quo. ibi, dubito. ff. ad  
l. Fal. l. fi. ibi, procliuior sum. ff. de condic. cau. data. & l. fideicom-  
missa. §. si quis illicite. ibi, procliuior. ff. de leg. iij. Steph. Aufre. in  
decisio. capellæ Tolosanæ. q. xxj. Areti. consil. xcij. Flo. in.l. cum de  
indebito. Petrus de Ferra. in practi. sua. in forma responsio. rei cō-  
uenti. in ver. contrarietatem. vide Dec. tres conclusiones ponen-  
tent. in.d. c. pastoralis. & quando sit licitum allegare cōtraria. Bal.  
ponit in.l. j. C. de fur. Præposi. in.c. dilecto. col. xx. de appell. Alexā.  
cōsi. c. in.v. volu. additio. ad Vber. de Bonacur. in rub. quibus mo-  
stu no. ciuiliter agentes. §. similiter.

**54.** Restat octaua diuisio, quod quædam sunt exceptiones ciu-  
iles, quædam prætoriae. hæc diuisio probatur in. §. alioquin. instit.  
eo. Ciuiles seu legales sunt. quæ à lege ciuili sunt introductæ: vt  
exceptio suspicionis. l. apertissimi. C. de iudic. Barba. in rubric.  
huius titu. in cle. ita tenet, & non obstant iura in contrarium ad-  
ducenda, videlicet text. in cap. quod suspecti. in fi. iij. quæst. v. ca.  
secundo requiris. in fin. de appell. quæ dicunt recusationem à iure  
naturali scaturire: quia ibi dicitur quodammodo, & sic impro-  
prie. c. secundo requiris, non loquitur de iure naturali communi  
omnibus animatibus, sed de ratione naturali: quia licet cōmit-  
tatur iudici suspecto recusatione remota poterit tamē bene iudi-  
care, & sic non grauatur pars, quia poterit appellare: vt tenet Bar-  
ba. in cap. ex parte. in. ij. de offic. delega. vel pone per totum titulū  
vt præpo. no. imperato. colla. v. vt si producis instrumentum, exci-  
pio quod in eo nō est annus, dies, & consul, & imperator, per glo.  
in. l. j. in ver. editiones. ff. de eden. alias curiosus lector inuenire  
procuret, quas per discursum iuris inueniet.

**55.** Prætoriae, quæ à prætore introductæ sunt: vt doli exceptio, &  
metus: per totum titulum. ff. de dol. ma. metusve exceptio. & alia  
per corpus iuris inueniuntur, quas per iuris cursum videre licet.  
nam plus laboriosum est quæm subtile eas cumulare. & in simili  
loquitur glo. in rubri. ff. de sol. & in rubri. de diuer. & tēpora. præ-  
scriptio. & in.l. in honorariis. ff. de actio. & in.l. j. ff. sol. matrimo.  
cum similibus.

**56.** Sequitur diuisio nona. nam quædam directæ sunt, vtiles ve-  
ro alia. Directæ sunt, quando verba. l. & mens cōueniunt seu con-  
cordant: vt si petebam totum fundum, & iudicatu est contra me:  
si iterum volo petere, obstat exceptio directa. idem si petam par-  
tem: quia si iudicatum est super toto. ergo super parte: per text. in  
l. si quis cum totum. §. & generaliter. & per totam legem. ff. de ex-  
cep. rei iudi. & idem si generaliter petebam redditionem admini-  
strationis tutelæ, & transfigimus, vel ad centum fui cōdemnatus:  
si iterum petis, obstat exceptio directa: quia transactio est genera-  
lis super omnibus: & etiam verba conueniunt. text. in. l. sub præ-  
textu. C. de transact. & l. age. illo tit. glo. in. l. si quis id quod. ff. de  
iurisdict. omni. iudi. & l. si iudex. ff. de mino.

**57.** Vtis est, quando nec verba legis, nec mens conueniunt: sed  
ex mente legis extenditur: vel quæd nihil dicunt verba, sed mēs  
hoc habet. & de hac loquitur text. in. l. licet. C. de iudi. vel quia  
subest eadem ratio. Cepola in tracta. de seruit. vrba. prædio. in ca.  
lxxxij. & vide glo. in.l. curatoriis. & ibi docto. C. de nego. gest. l. j. &  
l. actionis verbo. ff. de actio. & oblig. doc. in rubri. de rei vindic. ff.  
Feli. in.c. aduersario. eo. titu.

**58.** Decima diuisio. Quædam sunt modificatoriæ condemnationis: alia executionis. Modificatoriæ condemnationis sunt, quæ  
condemnationem moderantur: vt si contra patrem agatur ratio-  
ne obligationis filij, poterit pater excipere, vt condemnetur eate-  
nus quatenus est in peculio. & hæc exceptio condemnationem  
futuram modificabit, per text. in.l. pe. quod cum eo. ff. & ibi Bar.  
& Bald. in.l. si dubitetur. §. fin. ff. de fideiussi. Bar. in.l. fin. C. quod  
cum eo. & Io. Fab. Pla. Ang. & Ias. in. §. actiones. institu. de actio.  
Item quando filius est emancipatus, non tenetur nisi in quantum  
facere potest. l. ij. ff. quod cum eo. l. si ex alio. C. eo. Cepol. cautel.  
xiiij. Ias. in. l. qui iurasse. §. j. ff. qui satisda. cog. Idem in tributoria. l.  
j. & per totum. ff. de tributo. actio. §. introduxit. & ibi docto. insti.  
quod cum eo. idem de exceptione de in rem verso. l. j. cum toto  
titu. ff. de in rem verso. §. præterea. instit. quod cū eo. Et istæ tem-  
pore peremptoriarum possunt opponi: quia quatenus minuunt,  
eatenus perimunt: vt tenet Bal. in.l. exceptionem. C. de probatio.  
vide Vber. de Bonacurso in rubri. de impedimen. executio. & cau-  
sa nulli. per totam rubri. & ibi in addi. ad eum.

**59.** Modificatoriæ executionis sunt, quæ executionem modifi-  
cant: vt si socius omnium bonorum contra alium socium agat, &  
sit condemnatus, potest exceptionem opponere, ne exigatur ab  
eo ultra quæm facere possit. l. maritum. cum legibus sequē. ff. solu-  
ma. & l. sunt. cum.ll. seq. ff. de reiudi. Bar. & alij in.l. ex diuerso. §.

A. fi. ff. solu. matri. sed fallit quahdo iudex assignauit terminū reo ad  
opponendū omnes exceptiones dilatoria, peremptoria, & ano-  
malas. Bald. in.l. ab executione. col. vlt. C. quorum appell. nō recipi-  
rantur. allegat Alex. in. d. l. ex diuerso. & Iason. in. l. j. col. pe. C. de  
iuris & fact. igno. Feli. in. ca. pastoralis. col. iiij. versi. limita seculido.  
de excep. idem in exceptione inuentarij cōfetti. l. fi. C. de iure de-  
libe. & §. hinc nobis. de heredi. & Falc. col. j. Et quia executionem  
moderantur: ideo post sententiam possunt opponi. & de istis co-  
gnoscit executor. l. cum fideicomissum. ff. de cōfessis. & de quibus  
exceptionibus possit executor cōgnoscere, vide per Steph. Auf-  
re. in decis. capel. q. cccxljj. Alexan. Ias. & alios in.l. qui Romæ. §.  
fin. ff. de verb. oblig. Rauen. in alpha. in verbo, quis potest. Barth.  
de Chassa. in consue. Burgun. in rubri. des successions. §. xij. in glo. j.  
Alexan. consil. xcij. in. iiiij. volu. vide Vital. de Cába. in tracta. clau-  
sularū, in clausula: nulla exceptione obstante, fol. xj. Salic. in. l. ex-  
ceptionē. numero. xxij. de proba. C. Vber. de Bonacurso in rubr.  
de except. & benefi. quæ post defi. sen. oppo. & ibi in additio. ad  
eum. Idem in exceptione compensationis, & rei non traditæ: vt  
attestatur Feli. in ca. suborta. de re iud. & in ca. cum Ioannes. de fi-  
de instru. An exceptio pretij non soluti possit in executione oppo-  
ni, ponit Spec. in eo. tit. §. dicto. versi. sed pone. & idē in titulo de  
executio. sentē. §. fi. refert Nico. de Milis in reper. in verb. emptor.

**60.** Undecima diuisio. Quædam sunt incidentes, quædam emer-  
gentes. Incidentes, quæ ante processum originem habuerunt: vt  
exceptio iurisurandi, pacti, & alia ante motum processum com-  
petentes. glo. & docto. in cap. j. de ordine cognitio. & an si exce-  
ptio ecclesiastica incidat coram seculari, possit talis iudex cōgno-  
scere, late ponit Feli. in ca. cum sit. col. penul. de fo. compe.

**61.** Emergentes, quæ in ipso negotio, id est in ipsa lite de nouo  
emergunt: vt si producis testes, excipio non esse admittendos. vel  
vis habere dilationem, dico non dandam. istud de nouo in lite e-  
mergit: ergo dicitur emergens, vt tenet Bar. & alij in.l. j. de ord. iu-  
dicio. C. glo. & docto. in.l. quod iussit. ff. de re iudi. Panor. in.c. ij.  
eo. tit. in fin. Feli. in.c. suborta. de re iudi. Imol. in cle. s̄. pe. num-  
ero. xxij. de verb. sign. Barto. in extra. ad reprimendum. in ver. sum-  
marie. Pet. de Ferra. in practica sua in forma excipien. contra positi-  
onates. in verbo, petens. & Bald. in.l. præscriptione. col. ix. C. si cō-  
tra ius vel vtilit. public.

**62.** Duodecima diuisio. Quædā exceptiones sunt ordinis, quæ-  
dam vero præposterationis. Exceptio ordinis est, quæ ad ordinis  
obseruationem tendit: vt si pro aliquo fideiussi, & cōueniar: pos-  
sum excipere quod prius principalis excutiatur, per textum in au-  
thē. præsente. C. de fideiussi. & in. §. sed neque. in auth. de fideiuss.  
col. j. & licet non fuerit opposita, valebit ramen processus: vt te-  
net Steph. Aufre. in deci. capel. Tolo. quæst. lxxij. & licet pro ali-  
quo iurauerim soluere, adhuc tamen exceptionem ordinis oppo-  
nere possum: vt tenet Aufre. vbi supra. q. cxxxix. & hæc est dilato-  
ria. glo. in.l. iij. ff. eod. Cyn. in authen. præsente. C. de fideiuss. & in  
l. exceptionem. & ibi Bal. C. de proba. & in.l. exceptiones. ff. eod.  
Angel. in. l. si mancipium. §. j. ff. de euic. Alexand. in consil. cxij.  
in. vj. volu. & consil. xxix. in vj. volu. Et ideo debet opponi ante  
item contestatam, secundum Barto. & alios in. d. l. iij. & Guido.  
papæ in suis decisio. q. ccccclxx. nec in causa appellationis admit-  
tetur, si non est in causa principali opposita: vt tenet Alexan. consil.  
xxxij. in. iiiij. volu. Pro intellectu tamen auth. præsente. vide &  
cius limitationes per Roma. in sing. cccccxxxv. & in consil. xcij.  
& consil. ccxj. & Sozi. in trac. fallen. regula. cxxxij. Io. de Pla. in.l.  
j. de conuenien. fisci debito. lib. x. C. Franc. de Crema. sing. cxxxvj.  
Alexan. in.l. etiam. §. fi. ff. solu. matri. & consil. clix. in. ij. volu. & co-  
sil. lxxxij. in. iij. volu. & consil. c. in. v. volu. Specu. in titulo de re-  
nuntiatio. & conclu. §. j. versic. viso de. &c. Vital. de Cambanis in  
tracta. clausularum. folio. cccxxxix. in parua impressione. Albe. in  
tract. statutorum. in secunda parte. q. clvj. & Benedi. in repe. c.  
Raynutius. in ver. si absque. in. ij. numero. ij. de substitutione fi-  
deicommissaria. de testa. Bar. de Chassa. in consuetud. Burgund. in  
rubr. des rentes vendues à reachat. §. ij. & in rubri. des censes. §. vj. in glo.  
contre le tenementier. in fi. & Anto. de Tremol. in addi. ad Vber. de  
Bonacurso in rubri. qui mo. exa. ordina. iud. declina. ver. idem pu-  
to. Item potest opponi, vt is qui recipit pecuniam, prius conue-  
niatur, etiam si duo sint obligati. Barba. pulchre. in consil. xljj. sem  
piterna. col. iij. & seq. in. ij. volu.

**63.** Aliæ sunt præposterationis. & est duplex. Prima est vnius  
causæ ad aliam inter easdem personas, vt quando ageretur prius  
rei vindica. quæm communi diuidendo: vt habetur in.l. j. ff. com-  
muni diuidendo. vel si quis agat actione familiæ erciscundæ, ex-  
cipere possum quod agit præpostere, cum non sit heres, nec he-  
reditatem possideat. & primo agendum est petitio. heredi. & post-  
ea familiæ erciscundæ. l. j. C. communi diuidun. l. si mancipium.  
§. j. ff. de euictio. l. præposteri. C. de testa. & l. j. & ibi Flo. ff. famili.  
erciscund. Bal. in.l. exceptionem. C. de probatio. l. vt debitum. &  
ibi Bar.

ibi Bar. in rub. de heredi. actio. C. Alexá. consi. xlviij. in sexta parte.  
Bal. in sua disputatione incipiente, accusatus de vi turbatiua. col.  
iiij. versi. sexto. sic Feli. in. c. cum dilecta. versiculo, demum ad or-  
natum. de rescript. Areti. in. c. qualiter. j. coll. iiij. de accusa. text. in  
§. si quis ita. institu. de inutili. stipula. Altera est exceptio præpo-  
sterationis de vna persona ad aliam, vt prius conueniatur debi-  
tor quam possessor bonorum. authen. hoc debtor. C. de pigno.  
Curtius in. l. bona fides. collat. ij. ff. depositi. de hoc dic ut supra  
proxima cellula dixi.

**64** Decimatertia diuisio. Quædam sunt rationabiles, & non frustratoria: aliaæ irritationabiles, & frustratoria seu friuolæ. Rationabiles sunt, quæ à iure sunt approbatæ: vt si iudex sit meus inimicus, & ego oppono exceptionē: vt.c. cum inter. de exceptio. vel aliaæ quæ vere cōpetunt per tex.in.l. si aliis. §. bellissime. cum sequen. ff. quod vi aut clam. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. summatiæ. Cardin. Imol. & Geor. Natā. in cle. s̄epe. in ver. dilationes. de verbo. signifi. vel stabitur arbitrio iudicis, quando erunt rationabiles: vt tenet Barba. in cap. ex parte. in secundo. de offi. delega. numero. xvj. vide tex. in ca. ea quæ. c. lator. c. cum su- per. de re iudic. &c. c. super eo. quod metus causa. cap. iij. de eo qui mittitur in possess. c. fi. de sequest. possess. c. j. &c. c. conquerente. de restitutio. spoliato. c. cum olim. de dol. & contuma. &c. c. si consti- terit. & ca. ad petitionem. de accusa. c. studuisti. de offi. lega. ca. iij. de offi. ordina. c. notum. cum similibus. iij. q. j.

**65** Irrationabiles seu frustratoria sunt, quæ iudicium potius  
frustrantur & differunt, quam veritatem concernant: vt recusatio  
iudicis eo quia aduocatus alterius partis est familiaris illius.  
vel exceptio excommunicationis opponitur contra reum se de-  
fendentem contra.c.cum inter.& ibi docto.de except. Quod in-  
tellige nisi excommunicatus potuisset absolutionem petere, &  
non curauit:quia tunc videtur excommunicationem contemnere:  
ideo non poterit etiam se in iudicio defendere. & hoc est dictum  
singulare Ioā.Cald.in repe.ca.ab excommunicato .colla. xiiij .in  
parua impressione.de rescrip.refert & sequitur Barba.in rubri.de  
rescrip.colla.vij.numero.liij. Et breuiter dicas quod omnis ex-  
ceptio dicitur frustratoria & irrationabilis , quæ causa subterfu-  
gij proponitur. Sed oro vt nullas frustratoria & friuolè propo-  
nas,ne animam tuam damnes, & dæmonibus commendes: vt di-  
cit Vbert. de Bonacurso in practica sua in rubri .de recusatio .in  
principio.dicens quod omnis exceptio aut est frustratoria, & fri-  
uola: aut vera, & legitima. & huic adhæreas sicut Bononienses  
Carrocio : vt dicit gloss.in.l. omnis definitio. ff. de regulis iuris.  
Quid dicatur frustratorium, vide glo.in.l.merito.ff.de vi & vi at-  
mata.& in clemen.sæpe.de verbo.significa.

**66** Decimaquarta & vltima pro nunc ditius est, quia quedam generalis dicitur, quædam obscura. Generalis est, quando generaliter contra aliquem excipitur, puta esse inimicum, & non ex primitur ex qua causa, secundum Baldum in.l.si quis testibus. C. de testibus. vel quod est infamis, & causa infamæ non specificatur ut debet fieri, per tex.singu.in.c.præsentium. in. § . testes. ibi, facta sigillatim specificatione. de testibus . in. vj. & tenet Marc. Anto.Baueri.in. § . sed cum aliquis colla.ij.instit.de testa.Bar. in.l. iij. § . lege Iulia.ff.de testib.& in.l.j. C. de testa . idem dicit Bauer. vbi. § . si aliquis allegauerit excipiendo damnum esse sibi datum: quia non debet audiri, nisi in specie exprimat quomodo est sibi datum.glo. in.l. cum Stichus . ff.de solutioni. Et ista exceptio generalis non releuat parte opponente,l.fina. C.de anna. exceptio. Bar.& alij in.l.j.ff.de condic.ob turpem causam.Bald.in.l. edita. in repeti.Perusina.coll. ix. C.de edendo.docto.in.c.pastoralis.eodem titulo.& docto.in cap.dudum.de deci.textus in.l.scire oportet. § . scire.ff.de excusa.tuto.Alexand. consil . clxxxj. numero . ij. in.vj.vol. Angel.in consilio. lxj.text. in.l.quidquid. ff.communia prædiorum. Limita tamen excipientem generaliter non esse audiendum nisi probaret in specie & sigillatim crimen oppositum, vel illud quod opposuit, per gloss.in.l.j. § . si quis argentū. ff. depositi.& Bauer.vbi. § . Et quid operetur illa clausula quam prædicantes ponunt in libello post exceptiones alias oppositas, specialiter videlicet & generaliter oppono omnes exceptiones mihi competentes: vide per doctores in.d.c. pastoralis. & Bald. & alios in.l.scire. § . sufficit. ff.de excusatio.tuto.Alexand. & alios in.l. Titiæ textores. ff.de lega.j.vide Feli.in.c.sedes.col.ij.versicu. clausula generalis.de rescript.& ibi alios docto.& nō dicitur dispositio generalis , quando totum genus non comprehendit, sed verificatur in vna specie sub genere comprehensa, per text.in.l.si heres. ff.de optio.lega.in.c.ex parte.in primo.dé offic.deleg. Bar. in.l.si domus. ff.de lega.j.Feli.in.c.pastoralis. § . si. in principio.de rescrip.& ibi hoc tenent alij doctores.

**67.** Obscura est, quæ non est intelligibilis. l. ij. ff. de his quæ pronon script. habent. l. ita fidei. ff. de iure fisci. l. aut qui aliter. §. si quis. ibi, obscure. ff. quod vi aut clam. Vel aliquid dicitur obscu- ff. Nouum.

rum, quando multipliciter potest intelligi: vt tenet Alexā. consil. ccxxxvij.in.vj.volū. per iuta supra allegata. & l. quotiens in stipulationibus. ff. de verbo. obligatio. vt si quis excipiat contra testes, quod non sunt omni exceptione maiores. nam non valet: quia, sunt, denotat tempus præsens. l. cum stipulamur. & l. si à colono. ff. de verborum obligatio. & l. si quis ita. ff. de auro & argen. lega. & poterit esse quod tempore iuramenti testes erant omni exceptione maiores: vt tenet Angel. in consilio primo. Ias. in. d.l. Titiæ. & illud tempus debet attendi, secundum Alberic. in tracta. statuto. in quarta parte. q. lxxj. & Angel. vbi supra. & Speculato. in titulo de instrument. editio. in. §. videndum restat. versicu. item non exhibeas. Alexand. consil. cl. in. v. volū. Steph. Aufre. in stylo parla. in prima parte rubri. sequitur aduisamentum. §. penul. in additio. Et hæc exceptio dubia seu obscura, quæ potest concludere, & non concludere, debet per iudicem admitti, cum postea in processu possit declarari. gloss. in. c. ex insinuatione. de procurat. Anto. in. c. in literis. de restitu spoliato. Nico. de Milis in reper. in verbo, exceptio licet debeat. Feli. in rubr. huius tituli. Vber. de Bonacurso in rubri. quib. mod. suo no. ciuitate agen. §. & generaliter. Aduertendum est tamen, quod si iudex dubitat an debeat admittere exceptionem, vel non: potest eam admittere si & in quantum de iure: vt dicit glos. & sequuntur ibi docto. in ca. cum cōtingat. de offi. deleg. vide Roma. consil. ccccj. & Præpo. in. c. sæpe. col. iiiij. de appell. Corse. in singu. in ver. iudex. in. iiij. Aliæ sunt præjudiciales, de quibus per Barro. & alios in. l. j. C. de ordi. iudicio. Ias. & alios. §. præjudiciales. institu. de actio. Bar. in. l. generaliter. & l. fundum. ff. eod. Bald. in sæpius allega. l. exceptionem. Canonist. in. c. ij. de ordine cognitio. glos. in. l. j. §. j. ff. de rei vindica. in. l. per minorem. ff. de iudic. Bald. in margar. in ver. exceptio. quæst. lvij. Ange. in rubi. huius titu. coll. ij. Præposi. in cap. super eod. col. j. l. j. de appella. Aufre. in decisio. capel. Tolos. q. xxix. Multæque aliæ sunt exceptiones & infinitæ: vt dicit text. in. §. alioquin. ibi. multis variisque. institut. eod. quia quot sunt modi agendi, tot sunt modi excipiendi: vt attestatur Angel. in rubr. col. vj. in fine. cum sequent. Et alias multas posuisse, quas in tractatu exceptionum referuo, vbi latius dicam. his tamen intellectis, aliæ facillime intelligentur. In quibus omnib. si quoddam rancidulum protulero, correctioni melius sentientis subiicio: vt in simili loquitur tex. in. l. Claudius. in fin. ff. qui poti. in pigno. habean. vt emendet charitatiuo calamo: vt dicit Ioan. Fab. in. §. item is. insti. quibus mo. re contrahi. oblig. Si bene dixer. attribuatur Deo omnipotenti, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

# DE EXCEPTIONIBVS, PRÆSCRIPTIO- nibus, & præjudiciis.

Quid sit exceptio, & unde dicatur: quia sit earum diuisio: quibus & quando earum detur auxilium, & de prauidicibus excep. vbi locum habeant, dicitur. J.eo.l.i. & 2. & l.si post. & l.fundum. & insti.de actio. §. prauidiciale. Item de prauidicibus actionibus secundum Acc. **ADDITION.** Continuat Barto sic: Dictum est. §. de pluribus partibus iuris, & de actionibus, & §. prox. de interdi. que sunt arma actoris sequitur de exceptionibus, que sunt arma rei. & quia nomen exceptionis est generale, & quedam sunt prescritiones, & quedam exceptiones prauidiciale: ideo subiicit de prauidicibus.

Tot propositis actionibus civilibus & pratoris, quid restabat aliud quam  
ut his exceptiones adnecteret, ut solent etiam in ipsis actionibus inseri exce-  
ptiones. l. 7. De condi. institu. l. ex contractu. de re iudi. & in stipulationibus  
pratoris que instar actionum habent l. inter quos. §. penult. de damn. infect.  
**D** vel inesse si actiones bona fidei sint. l. 1. §. si onerand.e. quar. rer. art. non dat.  
l. si cui de fur. l. 3. de rescind. ven. l. sed & si ideo. sol. mat. atque ita multas  
actiones excludere. Quin & exceptiones ipse, veluti actiones quadam sunt,  
& actionum appellatione nonnunquam continentur, ut in edito de dolo, no  
etiam in edito de edendo. Est autem exceptio, intentio, siue defensio eius quo  
cum agitur, actioni contraria. Vel, allegatio competens reo. Sed in his libris sa-  
pe eo nomine continentur etiam replicatio. est enim replicatio, exceptionis ex-  
ceptio, & vti παραγγελη, ανατλουντοι αναλυσις. & ita replicationis  
quoque nomine interdum significatur duplicatio, id est replicationis replica-  
tio, & triplicationis duplicatio secundum quod Flor. scripta est. l. 2. & in l.  
confilio. de curat. fur. Porro præscriptio ab exceptione in his libris certe nihil  
distat, & siue exceptionem rei iudicatae, dolis, metus, in factum, rei vendita,  
litigiosi, pacti, temporis, iurisurandi, siue præscriptionem dixeris nihil inter-  
est, quanquam ut παραγγελη, ita præscriptionis nomine peremptoriam  
exceptionem quidam Rhetores significari velint non dilatoriam. Plutarchus  
ἐν ἀρμονίοις. οὐδὲ εὑρεων εἴναι τινα παραγγελης & βέλονται δικιω  
εἴναι τοις νοούσις τη δίκη μετώσεων. μηδὲ γηρασάγει καὶ ποιεῖ κοίτων, ή δε  
αναγκεῖ καὶ λύει. hisdemq; exceptio in rem vel peremptoria que interfici  
negotiorum telescopa est, in personam vel dilatoria. que ludit aut vulnerat ne-

gotium, & τιλας, ut syrianus scribit in Hermogenem. Interfici & vulnerari negotiorum dicimus Constitutionum verbis. l. vlt. C. in quibus eau. in integrum restit. l. 15. C. Theodo. de appellat. l. 2. C. The. vnde vi. Praejudicia sunt speciales quedam exceptiones quibus excluditur actio hac ratione quod futura grauior actioni praejudicium faciat, quarum exempla sunt in l. 13. 16. 18. 21. Ponuntur autem hoc titulo exceptionum definitio- nes, divisiones, exempla, & principia quadam communia omnium exce- ptionum. Cuiacius.

a. **Praejudicium.** praejudicium dicitur siue prae- judicialis actio, siue praejudicialis exceptio, secundum Ioan.

**A** Gere etiam.] **C A S V S.** In exceptionibus, qui eas opponit, actoris partibus fungitur: quia debet eas probare. & large intellige except. vt comprehendat replicat. & duplicat. Item reus excipiendo fungitur partibus actoris: quia debet probare exceptionem. Franci. Accur.

b. **Videtur.** tum quia factum ponit, vt actor, ex quo pertit absoluti: tum quia onere probationis grauatur: vt supra de probationi. l. in exceptionibus. Dic ergo, agere &c. id est actoris officium. exerce- te, no autem est actor. vt infra de verbo. signifi- ca. l. verbum oportebit. §. actionis. quae est contra. Cum vero non ponit, sed positum negat, vt in except. de non nu. pec. non probat: vt C. de non nu. pec. l. si ex cautione. idem & si sit pro eo presumptio, que transfert onus in actorem: vt Co. de pact. l. ij. Accur.

c. **Exceptione.** ponitur nomine exceptionis pro omni exceptione, & duplicatione, & replicatione: vt & infra co. l. ij. §. j. & institu. de replica. §. j. Sed certe de

his exceptionibus quae actori competunt, non est dubium: sed de his quae reo competunt, dubium est. & ideo supponit: nam reus &c. quasi dubium remouendo. & nam, ponitur pro certe. Nam si redderet rationem: idem esset positum, & id quod pro ratione poneretur. quod esse non debet.

d. **Actor est.** non prius tamen de calumnia iurat quam actor: vt C. de iura. calum. l. ij. §. j. & §. de iudi. l. in tribus. Accur.

E **Xceptio.**] **C A S V S.** Exceptio est exclusio eius quod petitur: siue peratur aliquid ex forma actionis, vt regulariter hic fit. siue ex forma condemnationis: vt cum agitur contra filium condemnatum ex causa mutui, & ipse excipiat de Macedoniano. Secundo dicit quid sit replicatio. Tertio dicit, exceptio & replicatio exclusoriae sunt. Quarto dicit de natura except. & replicat. & duplicat. & triplicat. & de similibus. Quinto dicit, quedam exce- sunt dilatoria: vt tu non potes esse procu. vt quia miles vel fo- mina: vt quia qui te fecit, no potuit: vt quia minor erat. & quae- dam sunt peremptoriae: & de his plenius habebis in l. seq. Fran.

e. **Exceptio.** stricte accipe, cum statim de replicatione subiiciatur, & de aliis: licet quidam large hic accipient: arg. j. e. §. illud. Acc.

## Digestorum

seu Pandectarum Liber quadragesimus quartus.

**D E E X C E P T I O N I-**  
bus, præscriptionibus, &  
præjudiciis.<sup>a</sup>

**T I T U L V S I.**

Sicut actor tenetur probare suā intentionem, ita reus suā exce- ptionem. Pau. de Cast.

1. **V L P I A N V S** libro quarto  
ad Edictum.

**A** Gere etiam is vi- detur, b qui exce- ptione c virtut. Nam reus in exce- ptiōe actor est: d

Exceptio est actionis exclusio: sed replicatio est exclusio exce- ptionis. Item exceptio datur reo: replicatio datur actori: tamen e- tia replicatio dicitur exceptio. P.

II. **I D E M** libro septuaginta-  
quarto ad Edictum.

**E**xceptio c dicta est quasi que- dam exclusio: quae \* opponi actioni cuiusque rei solet ad ex- cludendum + id quod in intētio- nem & condemnationēmve & de- ductum est. Replicationes h ni- hil aliud sunt, quam exceptiones: & à parte actoris veniunt. quae quidem ideo necessariae sunt, vt exceptiones excludant. Semper enim replicatio idcirco obiicitur, vt exceptionem oppugnet. Illud tenendum est, omnem exceptio- nem vel replicationem exclusori- am esse. Exceptio actorem ex- cludit, t replicatio reum: sed & contra replicationem solet dari triplicatio: & contra triplicatio- nem rursus: + deinceps multi- plicantur nomina, dum aut reus aut actor obiicit.

f. **Intentionem.** quae intentio vel ipso iure tenet, & tūc dicitur ex- ceptio actionis. vel ipso iure non tenet: & tunc dicitur exceptio intentionis: vt hic innuit. & hoc est quod dicunt exceptio fa-cti.

g. **Condemnationēmve.** hoc in casibus: vt. §. ad Mace. l. tametsi. & de re iudi. l. Nesennius. §. fi. & j. de fideiſ. l. si fideiuſores. §. idē re- spon. & C. de iur. & fac. igno. l. j. vt & §. sol. ma. l. ex diuerso. §. fina. alijs non: vt C. sentē. rescin. non posse. l. perempto- rias. Potest etiam dici intētōem, scilicet fa-cti: condemnationem, id est quando tenet cō- dēnatio de iure: & tunc dic condemnationem, scilicet faciēdam: id est dicere, condemnationis petitionem, sic. §. de admi. tut. l. j. & secundū hoc non dicitur ali- quid de his quae post sententiā oppōnuntur. Accursius.

h. **Replications.** repli- cationes ab exceptio- nibus catenus differre dicimus, q replicatio- nes quādoq; vltra biē- nium non extēduuntur: vt. §. de pec. quāsitū. §. in dolo. exceptiones au- tem vltra biēnum sine tetriporis præfinitione extēduntur: vt. j. de ex- cep. dol. l. pure. §. fi.

i. **Excludit.** excludit e- nī exceptio actionē: replicatio vero exce- ptionē. ad quod est in- sti. e. in prin. & de repli- ca. in prin. & C. c. l. non exceptionibus.

Ad hanc divisionem perīdit que tractat Rhetores de cō- stitutione trālatiua, de qua. C. lib. 2. de inuen. Quin. lib. j. Instiū orat. ca. de statu.

k. **Non licere.** hoc expo- ne. vt. j. l. proxi.

**Xceptiones.**] **C A S V S.** Exceptiones quā- dam sunt perpetuae & peremptoriae: quādam temporales & dilato- riae. & de omnibus dat exempla. Fran.

l. **Exceptions.** genera- lius accipit hic quam su- pra proxi. §.

m. **Semper.** i. in quacun- que parte iudicij oppo- ni possunt. Accur.

n. **Cōtra leges.** vt Iuliam fūdi dotalis: vt inst. qui. alie. li. in prin. Azo.

o. **Consultum.** Velleianum: vt C. ad Velleia. l. ij. Accur.

p. **Procuratoria.** vel quia dicitur aduersarium non posse dari vel fieri procuratorem: vt quia non est: vt. §. de proba. l. in exceptio- nibus. §. sed & si procuratoria. & §. de dam. infec. l. inter. ij. §. alie- no. versi. cauere. & facit. §. l. proxi. in fi. Accur.

q. **Possunt.** Item exceptiones fori: vt C. c. l. fin. Item vt repellatur qui non satisfat rem ra. haberi, vel iudicatum solvi: vt supra de procurato. Pompo. §. rati. Sed de quibusdam dubitatur sint tem- porales an etiam perpetuae ratione futuri facti, vel accidentiae: vt supra de condicō. indebi. l. sufficit. Item de ea qua quis dānatūr in quātū facere potest: quam Io. dixit peremptoriam: quia non multum refert totum perimatur, an nō totum. Item pro eo quod post litem contesta. potest opponi. sed secundum Hugo. eadem ratione posset dici non peremptoria: quia etiam post sentētiam opponitur. vnde dicit cam tempore: quia & si soluatur, repe- ti non potest: vt supra de condic. indebi. l. nam & maritus. quod fieret si esset perpetua, cum sit fauorabilis: vt. §. de condic. indebi. l. qui exceptionem. Itē quia potest ad meliore fortunā peruenire ipse, vel heres eius, vel heres heredis. nec enim est verisimile q omnes

## De exceptionibus.

omnes eius successores sint egeni. argu. C. arb. tute. si defunctus. Item dubitatur de excep. non nume. pecu. itē dotis, & quia quidā dicunt anomalas: quod non est verum quo ad hoc vt sint temporales, vel perpetuæ. nam prima est temporalis, scilicet. xxx. dierū, vel biennij: vt. C. de non nume. pecu. l. in contractibus. in prin. §. j. & in dote idem, quod est temporalis: vt. C. de dote cau. non nu. l. fi. & auth. ibi posita. sed quo ad onus probandi potest dici anomala, cum non sequatur regulā aliarum exceptionū: vt no. s. eo. l. j. Itē dubitat de illa quam opponit fideiussor, vt primo cōueniatur reus: & quam opponit extraneus possessor, vt primo agatur personali: vt in auth. de fideiuss. §. j. & §. sed neque. coll. j. Sed dic anomalas. nā potest esse querunt temporales. Item & q. perpetuæ, si ab illis satisfiat: vt in dicto corpore authēticorum §. j. & hoc respectu dicimus opponi post lit. cōtest. &c. ad instar perēprioriarum: vt. C. sentē. rescin. nō poss. l. peremptorias. & facit supra. l. proxi. & instit. eo. §. appellantur. &. C. eod. l. si pactum. Accursius.

**I**n pupillo.] **C A S V S.** Dedi. x. quae debebā pupillo: & sine tutoris auctoritate solui. nunc ipse pupillus eandē pecuniam à me petit. obiciam ei except. doli: & inspicitur tempus quo nunc agit: vt si nunc est locupletior ex ea pecunia. obiciatur ei prædicta exceptio cum effetu. Fran. Accur.

fere: vt supra de condic. cau. data, cau. non. l. iij. §. subtilius. sed  
si cadam à possessione, agam Publiciana: vt supra de Public. l. iij.  
in fine. Item sicut hoc transit ad damnum, sic ad proficuum: vt. §.  
eo. l. si à te. §. Julianus. & ad hoc. j. de regulis iuris. l. aliud. §. fina. &  
l. in his. \* §. j.

**I** ndicata. Dic casum in princ. vt in glof. domini mei Accur. quæ  
incipit, duo possidebant &c. [S I D E B I T O R.] Obligati tibi  
fundum meum, postea egi rei vindi. ad istum fundum contra Ti-  
tium eum possidentem, non admonito te creditore, & succubui.  
dicitur quod hæc sententia non nocet tibi creditori quin possis  
agere hypothecaria. Franciscus.

**t** Indicata. duo possidebant seruum, qui seruus contra vnum he-  
redem egit dicendo sibi deberi fideicommiss. libertatem, & obti-  
nuit. si alius heres perat eum in seruitutem, non debet ei obiici  
exceptio rei iudicatae, quia iste heres qui defuit in priori iudicio,  
non

a] in omnib.  
officiis.

non videtur petere in seruitutem post rem iudicatam contra se, & hoc de rigore. sed tamen prioris coheredis sententia seruabitur in totum de æquitate: scilicet ut totus dicatur liber, quia non potest eum seruare tantum pro parte coheredis vieti: quia nemio potest esse pro parte liber, & pro parte seruus: sicut vides quando agitur de inofficio testamento cōtra vnum heredem, & obtinet: tunc pro parte testamētū rumpitur: libertates verò in solidum dantur, alio coherede indemni conservato. I. f.

**a** Non potest. quo min' possit petere seruū pro quo agente alio coherede iudicatū est vt manumittatur. Azo. ad qđ facit supra de re iudicata. l. s. p. e.

**b** In seruitutem. scilicet cum aduersus hunc qui petitur, nulla sententia sit lata. ab eo enim qui petit, non videtur peti in seruitutem post rem pro libertate iudicata, cūm contra eum nunquam fuit lata sententia. vel dic, nec seruitutem videtur peti, sub. debere: quia non debet vocari ad seruitutem.

**c** Pro libertate ex causa fideicommissi. præstāda. si enim pro libertate competente lata sententia fuisset, & coheredi obstat, quia faceret ius sententia: vt supra de libe. cau. l. diui fratres. & de sta. ho. l. ingenuum. Accursius.

**d** Ex causa. quo ipso videbatur magis posse peti.

**e** Sed prætoris. licet dixerim non obstat exceptionem quo minus petam seruum, obstat tamē quo minus obtineam seruum. & hoc est, sed & prætoris &c. vel secundum aliam expositionem dic, bene dico non admitti hunc contra sententiam, sed &c.

**f** Pro parte. scilicet pro parte vieti coheridis tantum: quia nemio pro parte liber, & pro parte seruus esse potest: vt. s. de libe. cau. l. duobus. & facit. s. de adi. leg. l. legata. s. fi. Sed contra. C. de ser. cōmu. manumis. l. j. s. fin. sed illud expone vt ibi not.

**g** Præstare. aliás præstare: & aliás seruare.

**h** Duobus. scilicet filiis.

**i** Agentibus. contra scriptum heredem.

**k** Placuit. in solidum: vt &. s. de inoffic. testa. l. nam & s. s. fin. & de colla. do. l. pater filium. & C. de inoffic. testa. l. cum duobus. & s. de leg. ij. l. cum filius. in princ.

**l** Victoris. in querela.

**m** Consulatur. etiam superiori casu, non solum isto.

**n** Non admonito. aliás contra. s. de re iudi. l. s. p. e.

**o** Præcessit. fecus si sententia pignoris causam præcessisset: vt supra de pigno. l. si superatus. & supra eo. l. si mater. s. si egero. versi. item si rem.

**E** X sextante.] **CASVS.** Quidam instituit tres heredes: quendam suum agnatum, scilicet Titium, & Sempronium, in duabus vnciis duos: alium puta Cornelium, in decim vnciis. Titius cœpit possidere dimidiā totius hereditatis, & Sempronius aliam dimidiā: nunc Cornelius agit contra Titium ad id totum hereditatis quod possideret, & sic ad dimidiā totius hereditatis: dicens testamentum in quo Titius fuit institutus pro parte, & Sempronius pro alia, non tenete: vt quia falsum: & sic se tanquam proximiorem ab intestato debere succedere: & succubuit. nunc vult ille idem Cornelius petere à prædicto Titio vñciam hereditatis, cūm sit institutus in duabus. dicitur quod repellitur except. rei iudi. quia dicendo falsum, & succubendo, perdidit relictū prædictum duarum vnciarum. [L A T I N V S L A R G V S.] Latinus Largus proposuit quandam quæstiōnem, quam nunc Paulus auctor huius legis vult decidere: quæ quæstiō talis est. Sempronius decessit, & successit ei Mævius suus filius: bona tamen: Sempronij cœpit possidere Titius, dicens se heredem Sempronij, & non Mævium &c. Mævius cūm hæc bona peteret à Titio, venerunt ad transac. & tradidit Titius Mævio nomine transac. quædam de rebus hereditariis, item quendam suum proprium agrum ipsius Titij, quem agrum obligauerat Titius prius aucto Mævij, id est, ff. Nouum.

A patri Sempronij: & etiam eum agrum obligauerat aliis: nunc alij creditores hypothecaria egerunt ad istum fundum contra Mævium, & probauerunt eis ob ligatum, & sic obtinuerunt: tandem Mævius inspexit rationes aui, & vidit prædictum fundum quem nunc amiserat. fuisse prius obligatum aucto suo quām illis credito-

ribus, vult agere Mævius hypothecaria ad illum fundum contra

illos qui euicerat illum fundum pritis. illi op-

ponunt except. rei iudi.

queritur an obstat Mæ-

tio hæc except? Et vi-

detur quod obstat. nā

si peto à te rei vind. fundum, & obtineo, & re-

stitutus est mihi fund:

si tu eum à me vindices,

obstat tibi except. nam

cūm iudicatum fuit per

primam sententiam rem

meam esse, per conse-

quentis iudicatur tuam

non esse. econtra vide-

tur non obstat except.

hoc argumento: petij à

te fundum rei vindi. &

fuisti absolutus. postea

desisti possidere illum

fundum, & ego cœpi

possidere. si tu cū vin-

dices, & ego dicā fun-

dum meum esse, non

tuum, non obstat mihi

prima sententia in qua tu fueras absolutus à petitione mea: cūm per hoc non fuerit iudicatum tuam esse rem. in nostra ergo quæstiōne cūm Mævius fuit cōuentus hypothecaria, & de sua Mævij hypotheca non fuit cōprehensum, licet succubbat Mævius, non obstat ei quo minus nūc possit sua hypothecaria age-re. nec obstat prima sententia: quia potest esse quod hic fundus fuit obligatus illis, & etiam Mævij aucto prius: sed non potest esse quod dominium vnius fundi sit duorum hominum in solidum. videtur autem nocere Mævio quod fuit factus dominus fundi, & sic extincta hypotheca. sed dicas quod non fuit factus dominus fundi, & sic habeat nūc actio. hypothecariam non obstante etiam prima sententia. Fran. Accursius.

**p** Ex sextante. id est ex duabus vnciis, quæ est sexta hereditatis: vt instit. de here. insti. s. hereditas,

**q** De iure. id est de vitio testamenti: vt quia falsum, vel inoffic. & ideo succubens perdit relictū: vt & supra de inoffic. testa. l. Papi. s. meminisse. secus si solenne: quia tunc nō perdit: vt in cōtrario: vt supra de his quib. vt indig. l. post legatum. s. j. quæ est contra. secundum R. vel verius; secundum Ioan. Azo. & Hugo.

etiam si non solenne dixerit, perdit hic. & sic non refert qua ex causa de iure testamenti quærat. sed ideo dicunt huc repelli, quia proposuit petit. heredit. generalem, non expressa causa ex testamento vel ab intestato: licet postea in cauæ processu ynam causam tantum fuerit prosecutus: quare obstat rei iudic. exceptio, licet ex alia causa agat: vt supra eodem. l. si mater. s. denique. & s. eandem. sed si expressisset causam, puta ab intestato: nec obstat ei postea agenti ex testamento exceptio rei iudic. vt supra. l. si mater. s. si quis autem. & de peti. heredi. l. legitimam. & de inofficio testa. l. mater. Sed an exceptio electionis? dic sic, nisi sit coniunctus usque ad quartum gradum: vt Cod. de codicill. l. finali. Alij dicunt quod non. in personali autem simpliciter proposita omnia veniunt: licet in processu expreßerit: vt supra eodem. l. & an eadem. s. actiones. & secundum hoc non valet oppositio quæ fit sic: aut petendo ab intestato scit sibi deferti ex testamento, & videtur tacite renunciare: & sic non tanquam iudicatus, sed tanquam repudians repellitur: vt supra de acquiren. heredita. l. filium emancipatum. aut ignoravit, & non repellitur: vt supra de acquiren. heredita. l. si is. s. finali. & quia causam expressisset: vt supra eodem. l. & an eadem. s. actiones. ideo dico quod hic non obstat, quia egit non expressa causa: vt dictum est.

**r** Hereditatis. cūm ille eam possideret. & alius heres dimidiā.

**s** Sextantis. id est vñciam ex qua erat institutus.

**t** Vindicasse. & sic in ea vñcia succubuisse videtur.

**u** Portionem. id est vñciam.

**x** Iudicata. sed ab alio petet aliam vñciam.

- a *Latinus Largus*. scilicet quæstionem proponit talem, cum de hereditate, &c.
- b *Cum de hereditate*. Sempronij puta.
- c *Pertinebat*. in veritate.
- d *Mouerat*. resistēdo. sic & s. de procura. l. nō solū. s. si status. Acc.
- e *Rerum*. s. quarūdā ex causa transactionis.
- f *Ei*. scilicet Mævio.
- g *Proprium*. Titij.
- h *Auo*. i. patri Sempronij.
- i *Suum*. agendo hypothecaria cōtra Mæuiū.
- k *Auitis*. id est aui sui Mæuij.
- l *Superatus* est. à postiore Titij creditore.
- Azo.
- m *Posit*. agendo hypothecaria.
- n *Si de proprietate*. afferit de hoc argumētū quare videatur obstatre exceptio. Accursius.
- o *De eius quoque*. scilicet rei. Accursius.
- p *Videtur*. cū enim res iudicatur esse actoris, videtur simul iudicari rei non esse: vt. s. eo. l. si inter. R. & j. prox.
- q *Implet*. id est fundū esse suum docet. M.
- r *Quod si*. respōdet argumentando, quare ad quæstionem non facit.
- f *Absolutus*. scilicet ea ratione, quia actor deficit in probatione.
- t *Non obtinuit*. i. succubuit petendo.
- u *Non obesset*. ei possessionem nacto quocunque modo.
- x *Exceptio*. scilicet rei iudicata.
- y *In suo*. s. rei: & ideo dicuntur suū iudiciū, quia regulariter vbi habet reus forū. ibidē regulariter debet cōueniri.
- z *Eius*. scilicet qui tunc possidebat.
- a *Pigneratīcia*. id est hypothecaria.
- b *Creditorem*. hoc est eius heredem: hoc est Mæuium.
- c *Meum est*. vt. s. eo. si inter. Accursius.
- d *Quod illud subaudi*.
- e *Probabilis*. nunc respondet.
- f *Exceptionem*. Mævio agenti hypothecaria.
- g *Sola obligatione*. scilicet creditoris qui agit: vt. s. eodē. l. duobus. Accursius.
- h *Constituto*. quia res sua non potest esse sibi obligata: vt hic, & j. de reg. iur. l. neque pignus. & s. de pigno. act. l. ij. hoc tamen quādoque fallit: vt. C. de iure dot. l. in rebus. sed ibi nō erat plene domina. Item contra. s. ad Trebel. l. debitor. sed ibi non durauit dominus. Item in præsenti casu: sed potest dici quād hic nō fuit dominus, cum tradens dederit quasi rem accipientis, & accipiēs eodem animo accepit, credens esse hereditatis: vt. s. de cōdictio. ob cau. l. iij. s. subtilius. & facit. s. de leg. j. l. senatus. s. fi. & de acquirē. hered. l. si seruum quis. in prin. Quid ergo si fuit factus dominus: vt quia sciens dantis accepit? forte adhuc videtur idem, arg. huius literæ: verum est enim &c. sed non aperit an sit res obligata, licet competit hypothecaria. Accursius.
- i *Pigneratīcia*. i. hypothecaria, quia non fuit Mæuius dominus.
- k *Non esse*. ergo hypothecaria durat quæ talem conditionem habet: nisi soluta pecunia: vt hic, & supra ad Velleian. l. aliquando. s. de pignoribus. & de pig. l. grege. s. etiam. & de pig. act. l. si rē alienam. s. omnis.
- l *Iudicata*. causa enim dominij, scilicet exceptio de qua magis dubitatur, non nocet: nec hæc ergo nocere debet, de qua minus videtur. sed certe et si dominij noceret, non tamen sententia scilicet exceptio noceret, cum nō de iure possessoris fuit quāsumum primo iudicio: vt & s. eo. l. duobus.

**P**aulus.] **C A S V S.** Egi contra te rei vindi. ad fundum, & succubui: nunc eandem rem peto à te certi condi. ex stipul. vel simili. dicitur quād non obstat mihi prima sententia. Franciscus Accursius.

m *Nec tenuisset*. id est non obtinuit, imò succubuit.

n *Condicenti*. id est in personam actione agēti.

o *Non obstatre*. quia cōdicere potest etiam qui dominus non est. Sed quid si restitutō rei \* positi est ideo quia mea erat, stipulatus sum: deinde egi rei vindica. & succubui: si agam ex dicta stipulatione, an repellar? Respond. non, per legem istam. nam potest esse mea: non tamē tenuit stipulatio. & econtra licet sit absolutus, tamen adhuc est mea: vt & supra eodē. l. exceptio.

### DE D I V E R S I S temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum,

**Dictum est supra de exceptione in genere, item de exceptione rei iudica. verum quia est quādam exceptio cum tempore: ideo ponitur ista rubrica. Item quia in præscribendis rebus datur accessio possessionum: ideo ponitur de accessione possessionum. Bart.**

**Præscriptionum alia vniuersalia: alia duorum: vt infra de appellatio. l. à sententia. s. finali. & quando appellandum sit. l. i. s. b. diuum. quandoque trium: ut Cod. de iudi. l. finali. & hoc non prosequor, quia magis est laboriosum quam subtile. de usucacionib. tamen trienniū dic quod per eam queritur dominium: vt Cod. de partis. l. traditionibus. dummodo quatuor interueniant: scilicet bona fides, & titulum: & quād res non sit vitiosa: & quod possessio sit continua usque ad ultimam diem, quam tetigisse sufficit. & idem in præscriptione decem vel viginti annorum: vt infra eodem. l. in usucacione secus in præscriptione personalium actionum: vt infra de actionibus & obligationib. l. in omnibus. Item per præscriptio. decem vel viginti ann. non queritur dominium. quod dic vt not. Cod. de bo. ma. auth. ibi possita super. l. i. Item usucatio non interrupitur lit. contesta. quod secus est in præscriptio. quod dic vt not. supra de rei vindic. l. si post acceptum. Item per præscript. triginta annorum non inducitur nisi exceptio, quia tempus &c. vt infra de actionib. & obligationib. l. obligationum fere. s. placet. sunt & aliae præscrip. diuersa. sed hic notandum est quād quādam præscriptions habent continua tempora: & hoc regulariter omnes: nisi specialiter inueniamus lege cautum contra. scilicet quād sit utile. Aliae utilia: & subdiuiduntur, quia quādam ad sui principium & processum: ad quod sunt tria necessaria: vt infra. l. i. Aliae ad sui principium tantum: vt supra de calum. l. annus. & supra de adul. edic. l. cum sex. & infra de adulte. l. quinquennium.**

**In Codice aliter, de diuersis temporibus & exceptionibus & præscriptionibus, & interruptionibus eorum, sed nihil refert. nam exceptions & præscriptions dicit uox ἡγούμενον, vt. l. i. C. eodem, temporales exceptions vel præscriptions: & interruptionibus temporum aduersa sunt accessiones adeo ut qui de his tractat, tractet etiam simul de illis. nec enim datur accessio interrupti temporis. Tam autem sunt varia tempora actionum vt enumerari omnia vix possint. De accessionibus quoque temporum, veluti an accedere tuum tempus meo posit qui tibi in rem vel in ius successi, tam varia & multiplex quæstio, vt de ea absolute definiri nihil possit. Cuiacius.**

**via tractatus.] **C A S V S.** Cūm tractatus vtilium dierum sit frequens: vidēdū est quid sit experiundi potestate habere. i. qui dies dicantur vtiles: nam paria sunt ambo prædicta. & certe tria sunt necessaria vt experiundi potestatem**



potestatem quis dicatur habere,& sic dies viles cedat. Primum: vt actor per se vel per alium potuerit agere. Item quod reus potuerit se defendere per se,vel per alium. Item quod sit copia iudicis. Franciscus Accursius.

**a** Frequens est.bona ratio quare sit videadum:vt supra de lib.lega.l.legauit.

**f** In indice tit. De diueris tempori- bus,præscri- ptionib &c.

**b** Experiundi.Sed quomodo per hoc sciemos viles dies? Respō.quia hæc duo paria sunt,scilicet habere potestatem experiundi:& diem vtilem cedere:vt hic patet.

**c** Agēdi. hæc ergo tria sunt necessaria,vt experiundi potestatem quis habeat, id est facultatem agendi per se vel per alium: item potestatem conueniēdi eum per se, vel per alium respondentem : & ius reddētis copiam.

**d** Eum. scilicet reum.

**e** Nisi actor. quod de auctore dicit, non videtur necesse:quia & si actor impeditur, cedit vtilis dies:vt. j.eo.l. si seruus.

quæ est contra. Sol.currit de iure communi,vt ibi: sed actor restituitur in integrum ex clausula generali. s.ex quib.caū. ma.l.j. Vel hic de vtili. obli.loquitur,ibi de cōtinuis: vel hic post obligacionem commissam, vél cōtractam intercessit idonea causa quæ abstatuit copiam agēdi. Ibi autem nil post satisfactiōnem acceptam contigit. Vel hic contraxit

liber, ibi seruus. vel ibi erat qui poterat agere nomine domini, vt seruus in iudicio momentaneæ possess. nec obstat quod ibi dicit, non an is agere &c. quia de stipu.dicit; non de iudicio principali. hoc non placet.

**f** Apud hostes sit. & facit infra de stipu. ser.l. si seruus hereditarius. iiiij.

**g** Mandare.alij causam agendam.

**h** Potestatem. hic queritur, si citatus ad sententiam, vel ad veniendum ad ius, cum satisficerit iudicio sisti, impeditus iusta causa non venit, mittere tamen potuit, an sit contumax, vel incidit in stipula.videtur quod sic, per.l.istam, &c. s.de min.l.Papi. & quib,ex caū.ma.l.sed & si per. s.aduersus.sed in illis duabus ex iniusta causa abest, ex qua poenam non præmium debet habere : vt s.de nego.gest.l.sue hereditaria. Item ista loquitur in auctore, sed tu queris in reo:quia actor potest præuidere quādo agat : vt j.titu.j.l.pure. s.fi. Item vnum pro eo.aliud sit igitur contra eum, vt satis sit si possit mittere procuratorem. vt. s.de iureiurā.l. cum qui. Item quo ad aliud, non quo ad contumaciam præsumendā. dic ergo quod procuratorem mittere nō tenetur. aliās parū profert libi relaxatio:vt. s.si quis caū.l.ij. s.si quis iudicio. &c. s.de re iudi.l. quæsitum.

**i** Prætoris copiam.id est nullius notionem.

**k** Dies. scilicet tantum.& intellige quæ hic dicuntur, in diebus qui sunt viles quo ad sui initium & progressum: secus in his qui ad sui initium sunt viles tantum: sed post continuū: vt infra quādo appellan. sit.l.j. s.dies. & supra de ædil.edict. & de redhi.l.cum sex. & infra de adulter.l.quinquennium. & supra de calum.l. artinus. Item facit infra de adulter.l.miles. s.sexaginta. & supra de ædil.edict.l.scindum. s.fin. & l.quod si nolit. s.si quis ita. Itē quæro, an hodie corriganter huiusmodi viles dies vel anni? Respō. non: nisi circa tractatum de restitu.in integ.vt.C. de temp.in integ.restitu.l.penul.& fina. quod enim non mutatur, stet: vt.C. de app.præcipimus.in fi. & de testa.l.sancimus. Item etiam in vsuca. triennij,& decē,& viginti,& triginta,& quadraginta ann. & aliis constat tempus esse continuum:vt. s.de vsuca.l.nunquam. s. in

**ff.** Nouum.

vsuaptionibus. Accursius.

**l** Reddit, sed nonne omni die reddit, præter feriatos:vt. C. de fer. l. omnes? Respon. idem & si quocunq; modo impeditus non reddit, vel non impeditus; cūm & in continua daretur restitutio: vt s.ex quib.caū.ma.l.j. & l.sed & si per prætorem. s.ij. Accursius.

**N tempore.] CASVS.**

**I** Cum certum tempus sit constitutum iudicatis, intra quod potest appellari: item intra quod condemnatio debet solui: item intra qd instantia litis perit: dicuntur quod in hoc tempore dies intercalaris non computatur, id est bissextulis: sicut nec in actionibus quæ certo tempore finiuntur: vt in ædiliciis pluribus. secus si vendo tibi fundū pro centum: & nisi intra triginta dies soluas præcium, sit inemptus. nam in his triginta diebus computatur dies bissextulis: licet quidam contra, & male. Franc. Accursius.

**m** In tempore constituto iudicatis, an intercalaris dies proficer iudicato, nécne debeat, queritur: item de tempore quo lis perit. Sic sine dubio existimandum est, vt auctū litis tempus intercalari die existimetur: veluti si de vsuptione sit quæstio, quæ tempore constituto exempli solet: raut de actionibus quæ certo tempore finiuntur, vt ædiliciæ pleræque actiones: & si quis fundum ea lege vendiderit, vt nisi in diebus triginta præsumendum solutum, inemptus esset fundus: dies intercalaris proficiet temporis. Mihi contra videtur.

**III. MODESTINVS libro sexto Differentiarum.**

**L** Ongæ x possessionis præscriptio tam in prædiis, quām in mancipiis y locum habere

anni vel biennij ad appell. exercendam.

**P** sic sine, nunc respondet. Accursius.

**q** Vt auctū. si sic, cum interpellatur, dies intercalaris prodest actori appellanti. Accursius.

**r** Veluti. id est sicut est in vsuptione, nam ibi non queritur tempus de momento ad momentum, & sic prodest domino rei, non vsuptioni prodest: vt supra de vsuca.l.in vsuptionibus.

**f** Solet, scilicet triennio. nam & hec dies intercalaris non computatur: quod prodest domino rei.

**t** Pleraque. nam in redhibitoria, quia tollitur vtili, non ita de leui fieret computatio anni intercalaris, & ideo non computatur.

**u** Videtur, vel lege sine interrogatione, proficiat emptori. & dic in omnibus esse correctum. vel cum interrogatione: & tunc mihi contra videtur: scilicet in hoc casu posteriori. sed secundum hoc cur aliter in hoc casu: cūm aliās dicatur diem intercalarem nō computari in diebus anni: vt. s.de mino.l.ij. s.minorem? Respon. aliud est vbi dilatio indulgetur temporis per species, vt ita dicam, vt annua vel menstrua, vel anni vel mensis. aliud si per indiuidua, vt horum dierum. quo casu dies intercalaris computatur, quia dies intercalaris, dies est: & enumeratio dierum hoc facit: & sāpe expressa nocent, quia dixit. xxx. dies: secus si mensis, secundum H. vel secundum Io. & Bul. aliud vbi dilatio indulgetur à lege, & aliud vbi tēpus statuitur à partibus. Vbi à partibus, obtinet quod dicitur in fi. l. Vbi à lege, obtinet quod in superiori parte. l. vt. s.de mino.l.ij. s.minorem. & j. de verb. signifi. l. cum bissexto. sic & aliās. s.de atbi. l. Celsius.

**x** L Ongæ. id est. x. vel. xx. an. hodie: vt. C. de vsuca. transfor. l. o. lim biennio in Italia, sed in prouincia. x. vel. xx. forte: vt. ins. de vsuca. in printci.

**y** In mancipiis. si dicas præscribi cum prædiis, planum est. si dicas sine prædiis, quod verum puto per. l. istam, & per. l. C. de ser. fugi. l. j. sumpto ibi arg. à contrario, scilicet in non fugituo, tunc obstat. C. de agri. & censi. l. quemadmodum. sed ibi fraudulenter fiebat. Item obstat. s. de leg. j. l. si quis inquilinos. & de fun. instru.

DD iij

Huc ab interprete aliquo assutum erat, quæ in prædiis morantur, quæ partes fundiuntur.

**o** De tempore. triennij,

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

& instru.leg.l.si cui fundum . & infra de verborum significacione.l.alienationis. Respond.hic est quædam exceptio, non potest alienari sine prædio, ergo nec vsucapi. Item contra. C. in quibus cau. cessat long. temp. præscript.l.in seruorum.sed ibi in simpli ci seruo, hic in seruo glebae. Item quod aliquid possit tēpore fieri: quod non pacto: no.

§. quemadm.ser.amit.l. nam satis. §. si verò per latitudinem, in gl. pos- sunt. & facit. j. de fur.l. ancilla.

**S** I seruus.] **C A S V S.**

Seru' hereditatis iacentis, vel seruus capti ab hostibus, i casu quo poterat esse in iudicio, vt in momentanea possit, accepit satisdat. ab aduersario iudicio sisti. quæritur an statim incipit currere tēpus huic satisdati, cum dura re debeat triennio hæc satisdatio? & dicitur q statim incipit currere tempus triennij: nō inspecto quod seruus nō possit agere ex hac stipulatione: sed solummodo inspecto quod reus potest conueniri. aliás esset iniquū quod ex conditione actorum rei obligatio extendatur. Franciscus Accursius.

a. Satis accepit.iudicio sisti. Accur.

b. Incipit. quo ad actionem excludendam. & sic est cōtra. j. de sti- pu.ser. l. si seruus here di. iiij. Solu. hic stipu latus fuit iudicio sisti in talem casum vbi agere poterat, vt in momen tanea possit. vel in pos- sess. absens turbata. in quibus casibus seruo a- gere permittitur. nec obstat quod innuitur, quod seruus agere non potest: quia verum est ex hac stipulatione, sed de primo iudicio bene potest agere, vt dictum est. quo ad hoc autem vt in cipiat deberi, idem est: quia ex vtraque incipit deberi. Sed quanto tempore tollitur hæc stipulatio iudicio sisti? Respon. quanto principalis: vt supra si quis cau. l. si eum. §. finali. vel ad plus triennio, nisi in scriptis, & nisi in causa publica: vt. C.de fideiuss. l.penultima.

c. Fuerit. qui ita adesse videtur, si tria adsunt: vt nota. supra. l. j. Accursius.

D. Non an is.supra.l.j.contra.solu.vt ibi. Item facit supra de nau. feno.l.fina.& de vſur.l.pecunia. §. j. & de constitu. pecu.l.hacte nus. Sed argu.contra supra de dam.infecit.l. si finita. §. eleganter. Accursius.

**A** N vitium.] **C A S V S.** Titius non dominus vendidit mihi fundum, vel donauit, vel legauit, quem fundum mala fide possi debat. vel sine titulo. quæritur, an ego possim prescribere istum fundum non obstante mala fide auctoris? & dicitur quod bene possum prescribere. Idem in vſucapio. rei mobilis seruatur. [EX F A C T O.] Obligauit Titio domum meam: postea eam Sempronio vendidi, & decessi. heres meus eam domum emit à Sempronio prædicto. quæritur, an heres meus possit hanc domum prescribere longo tempore contra Titium creditorem? & dicitur quod sic successit enim heres meus in hunc fundum loco Sempronij. Franciscus.

e. An vitium.personale. secus in reali:vt. C.de acquir. possel. vi tia.loquitur ergo hic cum vitium personæ cohæret: vt dolus: vt C.de rescin. vendi.l.dolus. & supra quæ in frau.credi. l. qui à de bitore. ita tamen, si ipse noluit accessione sui auctoris vti:vt. §. de acquir. possel. Pompo.in fi. si enim vititur accessione sui auctoris, debet vti cū sua causa & vitii:vt. §. de acquir. possel. Pomponius.

manifestum est.

**S** eruus hereditarius, vel capti ab hostibus, potest satis accipere in iudicio momentaneæ possit. ab aduersario de iudiciis sisti, & statim tempora triennij incipiūt cur re. hoc dicit.

IV. I A V O L E N V S libro septimo Epistularum.

**S** I seruus hereditarius, aut eius qui in hostium potestate sit, satis accepit: a continuo dies satisdati cedere incipiet. b intueri enim debemus, an experiūdi potestas fuerit aduersus eum qui obligatus est: non an is age re poterit, qui rem in obligatio nem deduxerit. alioquin erit ini quisimum, ex conditione auctori obligationes reorum extendi, per quos nihil factum erit quo minus cum his agi possit.

V. V L P I A N V S libro tertio Disputationum.

**A** N vitium auctoris, vel do natoris, eiūsve qui mihi rem legauit, mihi noceat, si forte au tor meus iustum initium possi dendi nō habuit: videndum est. Et puto neque nocere, g neque prodesse. nam denique & vſucapere h possum quod auctori meus vſucapere non potuit. Ex facto+ propositum est, quendam, cum rē pignori i dedisset, eandem distra xiisse: heredemque eius redemis-

§. cum quis. & j. tit. j. l. apud. §. de auctoris. si verò sit rei cohærens vitium, vt furtum, emptori quoque nocere constat, & omni qui quoquo modo rem accepit: vt. j. tit. j. l. apud. §. de auctoris do lo. & §. si quis autem. & C. de acquir. possel. vitia.

f. Non habuit. quia forte habuerit rei alienæ scientiam, vel nō ha buit titulum.

g. Neque nocere. cū contra me agitur, sed cum ego ago, obest si habeo lucratiuam causam, vt in contraria. j. titul. j. l. apud. §. si quis autem. & supra de exceptio. l. si rem. Itē non nocet mihi nisi velim vti accessione quod possum ad præscrip. triginta anno rum. Item etiā iure veteri ad præscri. decē vel viginti ann. vt supra de acquiren. possel. Pomponius. §. cum quis. & §. fina. sic. C. de præscri. long. temp. l. j. sed ho die fecus in hac, scilicet decem vel viginti ann.

vt in authenti. ibi posi ta. & adde quod not. j. de regulis iu. l. quod ip sis. & facit supra de Pu blicia. l. eum qui. §. prætor.

h. Vſucapere. facit supra pro emp. l. quisfundum. §. procurator. & insti tu. de vſucapio. §. quod autem.

i. Pignori. scilicet in illa. Accursius.

k. si ante. scilicet quām esset heres.

l. Extitisset. not. ergo quod plus iuris habet heres, quām defunctus: vt supra de petitio. heredi. l. & non tantum. §. veniunt. & sic est ar gumen. contra. infra de regul. iuris. l. qui in ius.

& l. aliud. §. fina. quidam tamen dicunt quod hic replicatur contra heredem de æquitate. argu. supra quibus modis pign. vel hypothe. sol. l. sicut. §. illud. & pro eis est argu. contra. §. titu. j. l. penultima. §. fina. in eo quod durat & ibi hypothecaria dominio acquisito creditor: sic hic durat dominio acquisito heredi ex alia causa.

**S** I duobus.] **C A S V S.** Vendidi fundum Titio, & tradidi ei: eundem fundum vendidi Sempronio. dicitur quod tempus quo possedi, proderit Titio ad præscript. complendam. Sed po ne quod vendidi fundum Sempronio, & tradidi: eundem redimo ab eodem, & vendidi Titio. dicitur quod tempus quo ego possedi, & Sempronius possedit, proderit Titio. [V E N D I D I.] Seruum alienum quem bona fide possidebam, vendidi tibi pro centum hoc acto. vt si non soluas prædictum pretium v que ad annum, sit inemptus, euenerit quod non soluisti pretiu tempore statuto: & sic fundus reuertitur ad me. quæritur an tempus quo tu possedisti, pro sit mihi ad vſucap. eius serui complendam. & dicitur quod idem esse debet in hoc casu quod seruatur cum ex causa redhibit. rehabuissem seruum: vel quia eundem emis sem à te. & sic tam primum tempus quo possedi seruum ante quam vederem, & tempus quo emptor eum possedit, & hoc quo nunc possideo: coniunguntur simul ad vſucapionem complendam. Franciscus.

m. Separatim. primo vni, secundo aliij.

n. Vendingem. facit. C. de rei vindi. l. quoties. & §. de publi. l. si ue. j. & quod ibi no.

o. Omne. id est priorem & posteriorem.

p. Euenerit. id est quia pecunia non fuit soluta intra tempus conuentum: & sic emptor tenebatur rem reddere venditori. Acc.

q. Tui. emptoris.

r. Redhibitio. per actionem redhibitoriam. Accursius.

**a** Haberi. nisi agatur vt sub conditione veditio contrahatur. tūc enim nō vsucapit emptor: vt supra pro emptore.l.iij. si sub conditione. idēque eius non vteretur accessione: vt supra de adquirē. poss. l. Pomponius. §. si is. Item contra. §. tit. j. l. si à te. §. fina. Solu. aliud in illa exceptione. vel sol. vt ibi. Accursius.

**b** Ipsū tēpus. quia pos-  
sideret posteaquā redhibi-  
bitus est homo.

**c** Accessio hæc. scilicet  
dicta.

**d** Cum eo. scilicet tem-  
pore. q.d. accessio dicti  
temporis.

**e** Redhibitus sit. large  
dic redhibitum, cū re-  
feratur ad hæc tria re-  
sponsa, scilicet ad pa-  
ctū legis com. vel addi-  
ctionis in diem, item ad  
redhibitoriam, & ad se-  
cūdam emptionem, de  
quibus tribus tāgit hic  
§. & facit. §. de vsucap. l.  
si hominē. & de adquir.  
possess. l. Pomponius. §.  
præterea.

**f** I quisquam. Pone ca-  
sum secundum Ioā.  
In parte fluminis pisca-  
tus sum pluribus annis:  
& cum nunc essem in  
actu piscandi, quēdam  
ibi ad piscandū venien-  
tem prohibere volo. di-  
citur quōd possum. Vel  
aliter pone casum vt in  
glo. domini mei Accur-  
sij quæ incipit, supra de  
vsucap. &c. Franc. Accur-  
sius.

**f** Diuerticula. i. in parte  
fluminis.

**g** Prohibit. §. de vsucap.  
l. fina. contra. sol. hic pi-  
scat° est spatio. xxx. vel  
xl. an. ibi spatio minori.  
vel hic sine incommo-

do vicinorum: ibi cum incommodo. vel secundū Io. hic in quasi  
possessione piscandi fuerat, ibi non. & secundum hoc non est cō-  
tra. j. de iniur. l. iniuriarum. §. fi. vbi dicitur teneri iniuriarū: quia  
hic in possessione piscandi, ibi non. vel dic quōd rescriptum pre-  
cesserat. sed tunc obiicitur: si rescriptum ex hoc habuit, nullo tē-  
pore præscript. opus est. sed respond. quia & aliās præcedente  
rescripto opus est præscriptione: vt Cod. de fun. pa. l. fi. Item vi-  
detur contra, scilicet quōd rescriptum cum præscriptione simul  
non habeant locum, extra de rescrip. c. veniens.

**h** In accessione.] **CASVS.** Cūm seruum alienum vsucaperem: ser-  
vus fugit. dicitur quōd tempus quo fuit in fuga, cōputatur in  
vsucapione complenda. & ita loquitur prin. glo. hic positæ, quæ  
incipit, putatiuo &c. Vel aliter pone casum vt in eadem glo. Fr.  
Accursius.

**i** Seruus. nisi diu steterit in possessione libertatis paratus susci-  
pere iudicium liberale, vel nisi in medio tempore fuerit ab alio  
possessus: vt supra de adquir. possess. l. j. §. per seruum. & l. pos-  
sideri. §. si seruus. & l. per eum. §. fina. & supra de vsuca. l. si is qui.  
§. si seruus.

**j** Domino. putatiuo. sic. C. de præscr. long. temp. l. j. & supra de cō-  
dict. indebi. l. seruo. si enim esset dominus, non vsucaperet: vt. §.  
de vsucap. l. sequitur. §. lana. vel dic quōd verus dominus erat: sed  
præscribit contra ac. quod metus causa: & contra vtilem in rem:  
vt. C. quod metus causa. l. iiiij. vel erat is qui dominus factus con-  
tra creditores præscribit: vt. C. si aduer. cred. l. j. & iij. & facit. j. de  
fur. l. serui & filij. §. fi. Accursius.

**k** Escriptis. Diutinæ. id est longæ. quod dic vt supra eo. l. lōgæ.  
Accursius.

**l** Ntra quatuor.] **CASVS.** In hoc princip. dic casum vt in glo.  
domini mei Acc. quæ incipit, bona vacantia fisco &c. [QV A-  
DRIENNI.] Quadriennium quo præscribitur nuntiatio va-  
cantium bonorum, nō incipit currere ex opinione hominum, id  
est extunc quando credunt bona esse vacantia: sed extunc quādo

ff. Nouum.

nemo vult succedere ex testamento, vel ab intestato, vt quia om-  
nes repudiauerunt. Fran. Accursius.

**m** Intra quatuor. bona vacantia fisco quidam sine titu. possidebat.  
detuli fisco. extunc præscribit quadriennio. sed si ego desistam, in-  
terim, non prodest secundo agenti mea nuntiatio. ad hoc. C. de

quadri. præscri. l. j. & §.  
de vsucapi. l. quāuis. &  
j. de iure fis. l. j. §. fin.

**n** Delator. id est denū-  
tiator. \*

a] Delatores  
qui dicātur,  
pulchri è Bu-  
s. l. plurimi.  
de iur. & fa-  
cti ig.  
t. nō solum  
præscrip.

denuntiationē destitit. post qua-  
tuor annos secundo delatori ve-  
nienti prior nuntiatio, quo minus  
præscriptione temporis summo-  
ueatur, non proderit, nisi prioris  
præuaricatio detegetur. quo de-  
clarato, præscriptio, † sed & nego-  
tij quæstio perimetur. **q** Qua-  
diennij tempus, quod honis va-  
cantibus nuntiandis præscriptum  
est: **r** non ex opinione hominum,  
sed de substantia vacantium bo-  
norū dinumeratur. Quatuor au-  
tem anni post irritum testamentū  
factum, & intestati possessionē  
ab omnibus repudiata, qui gradi-  
datim petere potuerūt, vel tem-  
poris finem, quod singulis præsti-  
tutum est, **s** computabuntur.

**Quod defunctus non potuit v-  
sucapere, nec heres poterit, licet  
ignoret vitium defuncti. h.d.**

**x. IDEM libro secundo  
Definitionum.**

**C** Vm heres in ius omne de-  
functi succedit, ignoratio-  
ne sua defuncti vitia non exclu-  
dit: veluti cum sciens alienum il-  
lum, illo, vel precario possedit.  
**C** Quamvis enim precarium here-  
dem ignorantem non teneat, nec  
interdicto recte conueniatur: **a**  
tamen vsucapere non poterit,

**r** Præscriptum est. vt intra hoc tempus nuntietur.

**f** Et intestati possessionem. id est bonorum possessionem.

**t** Gradatim. colligitur ergo quōd tunc demum sunt vacantia, cū  
priuatus non habet ius petendi: vt. C. de cadu. tol. §. fina. & C. de  
bo. vacan. l. vacantia. lib. x. Accursius.

**u** Præstitutum est. ad deliberandum. & facit insti. de vsucap. §. fi.

**v** Computabuntur. & post denuntiationem fisco factam. quod dic  
vt no. C. de quadrien. præscri. l. j. Accursius.

**C** Vm heres.] **CASVS.** Si testator rem quādam mobilem ha-  
bebat precario, & decessit relicto herede: dicitur quōd he-  
res hanc rem non potest vsucapere, licet ignoret eam rem pre-  
cario fuisse defuncto cōcessam. nam cum heres in ius omne defun-  
cti succedit, ignorancia heredis vitia defuncti non excludit: & sic  
non potest vsucapere heres quod defunctus non potuit vsucape-  
re. idem est in præscriptione rei immobilis cōcessę defuncto pre-  
cario, vt heres eius non possit vsucapere. Fran. Accursius.

**y** Vitia. scilicet personalia: quia hic de personalibus loquitur: vt  
§. de adquir. poss. l. Pomponius. §. is qui. & §. fin. Acc.

**z** sciens. scilicet defunctus.

**a** Conueniatur. vt. §. de preca. l. cum precario. §. fi. Sed cōtra in eo.  
tit. l. quæsitum. §. fi. Sol. non tenetur, vt hic, nisi possideat, vel do-  
lo delierit possidere, vt ibi. sed certe hic videtur loqui de possidē-  
te. vel non tenetur heres sicut defunctus: quia non tenetur nisi  
possideat, vel dolo desierit possidere. vel aliter non tenetur ab  
initio. cum sit ignorans, & desineret possidere, cum putat suum  
esse: quia re sua abuti putat: vt. §. de peti. here. l. si quid possessor.  
§. fi. sed ex postfacto, id est postquam fuit certioratus: & sic iā  
tenetur. & licet desinet possidere, tenebitur. argu. j. tit. j. l. iij. §. cir-  
ca. & §. & generaliter. Vel dic, tenetur interdicto propter posse-  
sionem defuncti: vt ibi. de precario non tenetur propter suā pos-  
sionem: quia ad heredem non transmisit. vel hic de directo, ibi  
de utili. vel hic ignorans tenuit. ibi sciens.

**b** Non poterit. quia heres sciebat rem alienam.

**a** Possessione.alia quām precaria,& dic possessione,id est præscriptione quā venit ex possessione.

**b** Defendetur.scilicet heres qui possedit longo tempore.computato illo testatoris,vel non computato.

**c** Exordium.est enim intuendum exordium in persona testatoris,quia ista eadem persona intelligitur : vt in principe huius.l.&.C.de fruct.& lit.expen.l.ij.& C.de adquirē.possess.l. vitia.&.s.de vſuca.l.sequitur.s.heres.&l.si is. s.j.versic.Marcellus.ſe- cūs in singulariſ ſucces- ſore:vt ſupra.l.an viii. & adde hic quod no. ſ. de Publicia.l. si ego. ſ. partus. &.C.pro here- de.l.nihil.

**C** Reditor.] **C A S V S.** Fūdū obligauit Ti- tio. eūdem Sempronio vēdidi, vel ex alia ſimi- li cauſa tradidi. ſe- pronius tenuit illum fun- dum.x.vel.xx.annis: & ſic eſt tutus excep.præ- ſcript.contra hypothecariam.poſtea Sempronius iſtum eundē fun- dum vendidit Cicero- ni. dicitur quōd hēc ea- dem exceptio quā cō- petebat ſepronio, cō- petit Ciceroni cōtra Ti- tium hypothecare. agētem. Francisc.

**d** Eandem exceptionem. facit.C.si aduersus cre- di.l.j.&.ij.&.ſ.titu.j.l. exceptio. Accursius.

**I** N omnibus.] **C A S V S.** In bonis delatis fi- ſco,si fiscus non petat, & ſtēt per.xx.an,repel- litur deinceps except. præſcrip. niſi in caſib⁹

quibusdam in quibus minora tempora ſtatuantur : vt eſt in bo- nis vacanib⁹,de quibus habuisti ſupra hoc eodem titu. Item in alio caſu quem dic vt in gloſ,hic poſita quā incipit, minora tem- pora &c. [R E P V B L I C A.] Administrator reipublicæ rationes reddidit,& ſubscriptæ & expunctæ, id eſt cancellatae ſunt.vſque ad viginti ann. viuente administrator,& eo mortuo vſque ad.x. annos poterit venire cōtra illam computationem: vltra illud te- pūs non.Franc.

**c** In omnibus.vbi fiscus actor eſt.

**f** Tempora.minora tempora ſtatuantur in bonis vacātibus:vt ſ. eo.l.intra. Item in bonis in fiſcū commiſſis ob veſtigia non ſolu- tū:vt.C.de veſtiga.l.ij. Item in alio caſu: vt ſ.ad Sila.l.in cogni- tione. aliā ergo contra fiſcū currit præſcriptio.xx.an. vt hic,&.j. de requi.re.l.ij.ij. &.iij. Sed contra.C.de præſcrip. xxx.an.l. om- nes.&l.competit.&.C.de ſac. ſan. eccl.l.fi. Solu. quidam dicunt q̄ hic dicat de præſcriptione quā fiſcus obiicit alij,non quam aliis fiſco,quod non placet.imō de vtraq;,ſiue vtrisque. Alij dicunt q̄ fiſco obiicitur præſcriptio.xx.an.in caſib⁹ illis. ſ.vbi minora te- pora ſunt ſtatuta:& verba illa caſib⁹ exceptis,poſſunt ponere iux- ta verbum illud,conſtitutum eſt. Sed nec hoc placet. Alij dicunt quōd hic loquitur quādo quis administrator rationes fiſci, ibi in aliis personalibus,pro quibus eſt. j. proxi. ſ. Alij dicunt,& bene, in delatis nondum quāſit is hic loquitur,quā fiſco deferūtur va- riis ex cauſis: vt. j.de iure fiſci.l.j. illa omnes.& illa, competit. in quāſitis.& illa.l.vt inter diuinum. quā eſt.l.fi. C.de ſac. ſan. ec- cle. in rebus ciuitatum aliarum,nō Romanæ:& in ſpecialib⁹. qua- tuor caſib⁹.loquitur,& ſecundū hoc nil eſt contra.Vel dic q̄ generaliter loquatur in quāſitis & quārendis,& illas tres ſolue vt in qualibet earum no. Item contra.C.de fundis rei pri.l.eum.lib.xj. vbi.xxx.an.præſcribitur ſeruus pub. ſed ibi de ſeruo principis di- cit.præterea eſt ibi fauor curiæ præſribentis,quā etiam natura- les filios facit legitimos:vt inſti.de nup. ſ. fi. Item fallit hec lex.C. de fun.pa.l.fin.Penultimam ſolutionem approbo.

**g** Expunctæ.id eſt cancellatae:& poſe erratum fuſſe in computa- tione.ſic. j.de re mili.l.ex cauſa. ſed quid ſit proprie dispungere, legitur. j.de ver. ſigni.l.cognoscere. ſ.j. Accursius.

**D** E accessionibus.] **C A S V S.** Quādo poſſeſſio vnius accedit alij, non poſteſ generaliter de hoc doctrina tradi:cūm in ſola æ- quitate conſiſtat. ſciſ tamē quōd poſſeſſio alicuius prodeſt ei qui in locum eius ſuccedit: ſiue ex cauſa cōtractus ſuccedat: vt ex vēditio- ne vel ſimiſ: ſiue ex vlti- ma voluntate, vi he- res, itē legatarius & ſi- miles.hic eſt quōd poſſeſſio vēditoris prodeſt emptori.item poſſeſſio debitoris prodeſt credi- tori cui diētam rem ob- ligat,Itē ſi creditor ob- ligat eam alij: prodeſt huic ſecundo creditori poſſeſſ. primo obli- gan- ti:vt ſic completa vſu- capione habeat directa hypothecariam, donec ſoluatur debitū primo creditori.item ſi geſtor negoſiorū tuorum ob- ligauit mihi rem quam poſſidebas & vſuca- piebas:& tu poſtea habui- ſti ſatum: proderit mi- hi poſſeſſio tua vt com- pleam vſuca- pio. predi- cē rei. item ſi obli- gaſti mihi rem quam vſu- capiebas, hoc paſto ap- poſito,vt ſi non luas vſ- que ad carnispriuum, poſſim eam vendere: ſi eam vēdo ex forma pa- cti, emptori proderit poſſeſſio tua ad com- plēdā vſuca- pionē. Frā. concessiſſe.

**h** Generaliter.expoſitio perpetui.

**i** Poſſumus.ſic ſupra de legi.& ſenatus conſ. l. neque leges. & ſupra de vſur. l. mora. Accursius.

**k** Ex voluntate. ſcili- cet vltima.

**l** Accessio testatoris. vt ſ. pro emptore.l.ij. ſ. etiam.

**m** Accessione. vt ſ. de contrahēn. empt. l. dolia. ſ. eū qui. &. ſ. quo- rum lega. l. j. ſ. illud. &. ſ. de vſuca. l. id tempus. &. ſ. de except. rei iudi. l. fin. Accursius.

**n** Non exolueris,ad quod eſt. ſ. de pign. l. grege. ſ. cum pignori. & de pigno. act. l. petenti. Accursius.

**o** Superaturus. qui me ſuperaturus eſt: multo magis te ſuperabit, cum ego te ſuperaturus eſsem. Accursius.

**p** Debet. vt habeat directam hypothecariā completa vſuca- pio. quā à domino res obligata videatur: alioquin vtilem haberet, vt ſ. de pignori. ſi ab eo. fed fallit haec regula: vt ſ. qui po. in pig. l. Claudio. Item. ſ. ad Tertullia. l. ij. ſ. obiicitur. &. l. aequiſſimum. ſ. fi ex filio. & inſtit. ad Tertullia. ſ. pater. ſcili- cet in matre defuncti & auo. Item in authen. qui. mo. nat. effi. ſui. ſ. discretis. col. v. &. ſ. ad Trebel. ex facto, ſcili- cet in muliere quā excludit naturales filios excludentes cognatos. Item fallit in muliere quā præfertur his quorum pecunia res reſectae ſunt: non tamen habentibus ex- preſſas hypothecas: vt in auth. de æqua. do. ſ. his conſequens. col. vij. &. ſ. qui po. in pig. l. interdum. item. ſ. de iniusto teſta. l. pe. Itē ſi diligo te, tu illum: non ſequitur quōd ego diligam illum. Itē ſi ego ſum tuus vasallus, & tu alterius: non ſequitur, ergo ego ſum illius. poſſet ramen dici quōd in turbatione in. l. allegata, Clau- dius. non fallit, quia ibi non ex natura contractus, ſed propter re- iudicatam.i. ne præiudicet inter alios. Item in ſecundo caſu non fallit, quia ibi pater nō poſterat excludere matrem, & ita nō pro- cedit arg. quid enim ad rem ſi alibi excludit: Idē reſpon. in patre. nam pater non excludit auum: vnde non poſteſ procedi.

**q** Conſenſiſſe venditioni. & ſic ſufficiſ ſemel velle. ſic ſupra de aqua plu. ar. l. in diem. & ſupra de adquir. heredi. l. ſi quis mihi bona. ſ. fina. Accursius.

allegedū eſt  
hic Turbo-  
ne non tur-  
baticne, qđ  
nomē eſt fa-  
nū pio me-  
dio credito-  
re: vt appa-  
re ex ead. l.  
Claudius.

**I**n vsucapione.] **CASVS.** In vsucapione complenda sufficit tāgi vltimā diē triennij, vt habeatur pro cōpleta. [ACCESSIO.] Si rem alienam quam bona fide possidebas, mihi vēdidiſti: proderit mihi tēpus quo tu eā possedisti. Item tēpus quo auctor tuus possedit, vt sic citius cōpleā vsucap. Secūdo dicit: medius auctorum meorū non possedit rē:

vt puta vēditor venditoris mei. præcedentū possessio non proderit mihi: sed auctoris mei possessio. Scias ergo q̄ possessio eius à quo emi, vel à quo emit præcurator meus pro me: prodest mihi. Itē si emi à procuratore Titij rem à Titio possessam, & Titio hoc volēte: prodest mihi possessio Titij. Sed pone quōd Titius Sempronio mādauit. vt vēdat quandam rem à Titio possessam: & Séproniū hoc idem mādauit Cornelio. dicitur q̄ non aliter pos. prodest mihi nisi voluntate Titij hoc esset factū, quod

quidā legēdū aiunt  
cui.  
vēdendū.  
  
tempo-  
re quo,

expone vt in gloss. domini mei Accur. Sed pone quod emi quandam rem à filio tuo, vel seruo tuo: an tempus quo tu pater possedisti, pro- sit mihi? Dicitur q̄ non nisi tua voluntate vendidit, vel nisi habuerit liberam administratio- nem peculij. Itē si emi rem pupilli, vel adulti, vel furiosi, à tutore eius vel curatore: possessio pupilli vel adulti pro- derit mihi. Itē si ventris nomine, aut causa rei se. uandæ in posses. quis fuerit missus rei quā tu possidebas, & eam rem à te emi, etiam hoc tēpus quo alias eam detinuit, proderit mihi

[HÆ AVTEM.] Quod dictum est pos. vēdito- ris prodest empori: intelligendum est de pos. quam habuit antequam venderet: non de ea quam postea quam vendidit habuit. & licet tempore quo vendidit, non possidebat rem quam vendidit, sed empor eam possidebat ex causa depositi, vel simili: tamen tempus quo vendor possedit, proderit empori. Item si heres rē hereditariam vendidit: tempus quo testator possedit, item tēpus quo heres possedit, proderit empori. Franc.

a] Ita gl. est a] In vsucapione triennij, &c. x. vel. xx. an. vt & supra de vsucap. l. in sing. ad hoc vsucap. secus in præscrip. xxx. an. vt infra de act. & obli. l. in omnibus. quæ est contra. & est ratio: vt. s. de liberis & posthu. l. cum scriptione 30. vel 40. annorū re- quiritur to- tum tempus esse cōpletū adeo quod si vna dies, vel etiā mo- mentū vlti- mi diei su- p̄resset: ni- hil effet se- cūs in præ- scriptione 10. vel 20. an. Bolog.

b] Repleatur. id est compleatur.  
c] Vnde. id est à quo. Accursius.  
d] Non proderit. vt hic, & supra de adquir. pos. l. Pomponius. s. que- situm.

e] Poteſt. vt & j. de adquir. pos. l. Pomponius. in fi.

f] Item adiiciendum est. casibus prædictis.

g] Erat. scilicet vt venderet.

h] Permisit. semper autem concessum intellegitur, nisi sit prohibitum: vt supra manda. si procuratorem. s. j. led quidam dicunt hic esse speciale, vt exigatur permisso specialis. Accursius.

i] Vendidit. vt supra de vsucap. l. si seruus.

k] Administraret. sunt enim quidam qui non administrant: & de his dic vt. s. de aucto. tuto. l. & si pluribus.

#### xv. VENILEIVS libro quinto Interdictorum.

**I**n vsucapione ita seruatur, vt etiam si minimo momento nouissimi diei possessa sit res, nihil minus repleatur b) vsucapio: nec totus dies exigitur ad explendum constitutum tēpus. Accessio possessio fit non solum temporis quod apud eū fuit vnde is c) emit: sed & qui ei vēdidiſt vnde tu emisti. Sed si medius aliquis ex aucto-ribus nō possederit: præcedētum auctorū possessio non proderit, d) quia coniuncta non est: sicut nec ei qui non possidet, auctoris possessio accedere potest. Item adiiciendum est, f) vnde emisti: aut vnde is emit, cui tu emendū mandaueras: & quod apud eum qui vendendam \* mandauit. Quōd si is quoque cui mandatū erat, g) alij vendendum mandauerit: non ali-ter huius qui postea mandauerat, dandam accessionem Labeo ait, quām si idipsum dominus ei per- miserit. h) Sed & si à filio vel seruo rē emero, accessio tēporis & quo apud patrē aut dominum fuit, ita dāda est mihi, si aut voluntate pa- tris dominive, aut cū administra- tionē peculij haberet, vendidit. i) Itē dāda est accessio cū eo t̄ quod apud pupillū fuit, à cuius tutore, cū is tutelā eius administraret, k) emisti. Idēque in eo qui à curatore pupilli furiosive emerit, seruādum est: & si ventris nomine, aut eius quæ rei seruandæ causa in posses-

1) Accedit. i. dāda sit accessio. ad quod facit. s. vt in pos. lega. l. is cui. s. qui legatorū. & l. quæ legatorū. & s. de vē. in pos. mit. l. j. s. deminutio. & s. de adquir. pos. l. possideri. s. fin. Itē facit ad supe- riū respō. s. de iure do. l. siue generalis. & C. de nup. l. si furiosi.

m) Res fuerit. qui redemit quoquo modo. ad quod est. s. de vsuca.

l. id tempus. in prin. & s. in re. Accursius.

n) Nō habuerat. sed erat \* dotisve no mine.

apud emptorem vel vt deposita, vel vt cōmo- data, vel vt pignerata. aliud si esset apud aliū: vt. s. ea. l. s. j. ibi, sed & si & c. j. eo. l. fi. & s. de ad- quir. pos. Pōponius. s. quaſitū. Vel dic quod non erat tēpore vendi- tionis, sed tempore tra- ditionis.

#### Acceſſio.] CASVS.

**A**emi à te rē alienā bona fide: tēpus quo tu eam possedisti, proderit ita demū mihi si ego in- cipiam possidere illam rem. hoc autem fallit: quod dic vt in gl. Fran. Accursius.

o) Nōstro tēpore, hoc fal- lit in herede cui proce- dit vsucapio sine posses. vt. s. de vsuca. l. cōceptā. & l. nunquam. s. vacuū & l. iusto. s. nondum. Item facit supra de ad- quir. pos. l. Pomponius s. fi.

#### DE DOLI MALI ET metus exceptione.

##### TITVLVS IIII.

**M**ore prudentis philosophi po- nit diuisionē suā, dicēs: Primo vi- dendū esse qua de causa hæc doli exceptio sit inuenta. Secundo, quomodo fiat dolus. Tertio, con- tra quas personas detur. Quarto, quāto tempore duret: postea pro- sequitur membra sua declarādo.

##### i. PAVLVS libro septuagēsimō primo ad Edictum.

